Utrecht University Library
Partner in Science
Universiteit Utrecht

De hymnorum Homericorum memoria

https://hdl.handle.net/1874/292976

A. qu. 192.1929

DE HYMNORUM HOMERICORUM MEMORIA

UNIVERSITEITSBIBLIOTHEEK UTRECHT
3594 0554

DE HYMNORUM HOMERICORUM MEMORIA

DE HYMNORUM HOMERICORUM MEMORIA

SPECIMEN LITERARIUM INAUGURALE QUOD EX AUCTORITATE RECTORIS MAGNIFICI AUGUSTI ADRIANI PULLE PHIL. NAT. DOCT. IN FAC. PHIL. PROF. ORD. AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI CONSENSU NOBILISSIMAE FACULTATIS PHILOSOPHIAE THEORETICAE ET LITERARUM DECRETO PRO GRADU DOCTORATUS SUMMISQUE IN LITERARUM DISCIPLINA ET PHILOSOPHIA HONORIBUS ET PRIVILEGIIS IN ACADEMIA RHENO-TRAIECTINA RITE ET LEGITIME CAPESSENDIS FACULTATIS EXAMINI SUBMITTET DIE XX MENSIS DECEMBRIS HORA III

PAULUS STEPHANUS BREUNING
ZWOLLENSIS

TRAIECTI AD RHENUM
APUD A. OOSTHOEK ET SOCIOS
MCMXXIX

BIBLIOTHEEK DER
RIJKSUNIVERSITEIT
UTRECHT.

PIAE PATRIS CARISSIMI MEMORIAE

Studiis academicis finem impositurus tibi, promotor aestumatissime, vir clarissime Vollgraff, gratias quam maximas me debere gaudeo atque laetor, non solum benevolentiae ergo, qua in paranda hac dissertatione me adiuvisti et adfuisti, sed etiam, idque haud minus, ob rationem ac modum, quibus in studia Graeca me introduxisti atque dux in iis mihi fuisti.

Te, vir clarissime Damsté, qui praeterquam, quod in scholas tuas me admisisti, prima mea scribendi sermonis Latini conata benigne direxisti, atque vos, viri clarissimi Schrijnen, Drerup, van Dam, qui auxilio vestro operam meam expedivistis, me vobis maxime obstrinxisse grato animo atque lubenter confiteor.

Haud secus vos, viri clarissimi Ovink, Bolkestein, Caland, vir doctissime van Hoorn pro eis, quibus me instituistis, grata memoria colam.

Viros clarissimos Mercati, Biagi, Büchner (†) ut codices Vaticanos, Laurentianos, Lugduno-Batavos adirem mihi benevolentissime permisisse semper recordandum mihi erit. Necnon nominandi mihi sunt viri clarissimi qui praesunt bibliothecis Ambrosianae, Nationali quae dicitur Parisiensi, Nationali quam vocant Matritensi, per quorum liberalitatem codices nonnulli ut lucis ope redderentur licitum est. Ceterum vir doctissimus Hulshof, praefectus bibliothecae Ultraiectinae, eiusque satellites, qui semper patientia et benevolentia voluntati meae satisfecerunt, magni mihi habendi sunt.

Enrice amicissime, industria ac diligentia, qua plagulas mihi correxisti, denuo domui Beyenianae me devinxisti.

Pater carissime atque deplorande, qui sub sole Africano subsidia paravisti, quibus facultatem mihi faceres, ut hisce studiis quamvis a te alienis incumberem, semper toto ac grato animo amatam tui memoriam colam et servabo.

PRAEFATIO

De memoria Homeri Hymnorum quamquam Hollander et Allenius v. d. uberrime necnon accuratissime scripserunt et, ut arbitratus est hic, ultimum iudicium de hac re fecerunt, tamen haud paulum interesse apparet inter eorum sententiam et ea, quae de Callimachi Hymnorum libris manu scriptis, quos partim Homerum quoque continere omnes scimus, profert Wilamowitzius v. ill. Quod vir de Callimacho optime meritus in editione tertia p. 5 hisce expressit verbis: „utinam Homerus tandem aliquando hymnos suos videat a mataeoponia vindicatos". Decennio fere post in libro illo qui agit de Iliade et Homero p. 441 ann. 2 eadem mente scripsit. Ipsa haec verba, ad quae septem fere ante annos magister meus aestimatissimus, vir doctissimus C. G. Vollgraff, in scholis animum meum advertit, me permoverunt, ut rem iterum tractarem. Quod cum in parte I facerem, hinc Wilamowitzii v. cl. sententiam, ex qua libri AtD, quos e familia x originem ducere statuit Allenius v. d., ad apographon apographi x germanum redire habendi sunt, comprobatam inveni, illinc Allenio v. d. assentiendum esse duxi apographon p alterum esse fratrem apographi x. Ad quam sententiam quod ad Callimachum attinet (quem tamen duo tantum huius familiae membra continent) etiam pervenerunt v. ill. Wilamowitzius (scholiis praesertim inductus) et Smileius v. d. Eis, quae assecutus sum, apparatum quem dicunt criticum hymnorum nostrorum non paullo simpliciorem ac magis perspicuum reddi posse opinor.

Magni imprimis esse momenti duco, quem ad exitum perveni, archetypum omnium librorum manu scriptorum Ω lectionibus variis instructissimum fuisse, quae nulla certa ratione per diversa apographa sparsae nobis traditae sunt, atque plerasque has varias lecti ones eo tempore ortas esse, quo Hymni „Homerici" recitarentur

neque stabilem formam nancti essent. Editores, Hollander (in prima commentatione), praesertim autem Allenius v. d. quamquam copiose has lectiones varias tractaverunt, expedire tamen mihi visum est omnes denuo in parte II singillatim examinare alia omissa vel neglecta, alia nondum satis accurate investigata esse ratus. Immodestiae igitur spero fore ut accusandus non sim ad novum interdum et melius si di velint iudicium me pervenire arbitratus. Nonnullis autem locis decerni non posse, utra lectio ad ipsum poetam, utra ad declamatores redire censenda sit, lector non mirabitur.

PARS I: DE LIBRIS MANU SCRIPTIS

Libri manu scripti, quibus Hymni Homerici nobis traduntur, sunt hi 1):

A, Parisinus 2763, chartaceus, continens Orphei Argonautica et Hymnos, Proculi et Callimachi Hymnos, Homeri Hymnos III—XXXIII, Moschi Cupidinem fugitivum, Musaei carmen de Hero et Leandro, Hesiodi Opera et Dies, Scutum Herculis, Theogoniam, Theocritum (in editione Callimachi, quam fecit Wilamowitzius, *e*, in eiusdem editione Bucolicorum et in Rzachii editione Hesiodi non adhibitus).

At, Athous Vatopedi 671 (olim 587), bombycinus 2), continens Sophoclis Aiacem, Electram, Oedipum Regem, Euripidis Hecubam, Orestem, Phoenissas, Homeri Hymnos III—XXXIII, Herodoti vitam Homeri, Callimachi Hymnos (in ed. Wilamowitzii *r*).

B, Parisinus 2765, chartaceus, continens Orphei et Proculi Hymnos, Homeri Hymnos III—XXXIII, Moschi Cupidinem fugitivum.

C, Parisinus 2833, membranaceus, continens Theocritum, Homeri Hymnos III—XXXIII, Moschi Cupid. fug., Musaei carmen de Hero et Leandro, Hesiodum, Dionysii Cosmographiam, Theognidem, Phocylidem (apud Rzachium in Hesiodi editione F, apud Bergkium in Theognide e appellatus, in Wilamowitzii ed. Bucolicorum non adhibitus).

Γ, Bruxellensis 74 (olim 11377—11380), chartaceus, continens Theognidem, Homeri Hymnos III—XXXIII, Moschi Cupid. fug., Orphei et Proculi Hymnos, scriptus ab Aristobulo Diacono.

D, Ambrosianus 120 (B 98 sup.), membranaceus, continens Apollonii Argonautica, Batrachomyomachiam, Herodoti vitam

---

1) Eisdem, quibus Allenius v. d. in editione anni 1912 codices designat, siglis utor.

2) Ex Constantinidis sententia in Class. Rev. vol. VIII 1894 p. 341 expressa scriptus est ἐπὶ χάρτου ἀρχαίου παρεμφεροῦς μεμβράνῃ. Cf. Allenium v. d. in Journ. of Hell. Stud. vol. XV 1895 p. 149: „it is only in the fifteenth century that we find white glazed paper that looks like vellum". Sed vide p. 6 ann. 1.

Homeri, Maximi Tyrii opuscula, Homeri Hymnos III—XXXIII, Callimachi Hymnos (in editione Wilamowitzii *f*).

E, Estensis vel Mutinensis α W 5. 16 (olim III E 11=164), chartaceus, continens Orphei et Callimachi Hymnos, Homeri Hymnos III—XXXIII, scriptus a Georgio Valla ante annum 1492 1) (in ed. Wilamowitzii *q*).

H, Harleianus 1752, chartaceus, continens Homeri Hymnos VIII—XVIII, III 1—55, Orphei Hymnos et Argonautica, Lycophronis Alexandram, Pindari Ol. Pyth. Nem.

J, Estensis 51 II B 14, chartaceus, continens Arati Phaenomena, Tzetzis de poetis, Homeri Hymnos VIII—XVIII, III 1—186, Hesiodi Theogoniam et Scutum Herculis, Lycophronis Alexandram, Pindari Pyth.

K, Laurentianus 31.32, membranaceus, continens Hesiodi Scutum Herculis et Theogoniae vss. 1—577, Homeri Hymnos VIII—XVIII, III 1—186, Arati Phaenomena.

L_1, Laurentianus 32.45, membranaceus, continens Apollonii Argonautica, Orphei Hymnos, Homeri Hymnos III—VII 33. Reliqua pars, quae ceteros hymnos et Callimachi hymnos continebat 2), interiisse videtur (in ed. Wilamowitzii *d*).

L_2, Laurentianus 70.35, membranaceus, continens Herodoti vitam Homeri, Gorgiae Encomium Helenae, Orphei Argonautica et Hymnos, Proculi Hymnos, Homeri Hymnos III—XXXIII, Moschi Cupid. fug., Musaei carmen de Hero et Leandro; eadem, qua R_2 (v. i.), manu exaratus.

L_3, Laurentianus 32.4, chartaceus, continens vitas Homeri, Iliadem, Odysseam, Batrachomyomachiam, Homeri Hymnos III—XXXIII; ad Allenii arbitrium manu Ioannis Rhosi exaratus.

L_4, Laurentianus Aedil. 220, chartaceus, continens Orphei

---

1) Cf. v. d. Smileium in Class. Quart. vol. XIV 1920 p. 73, qui codicem post annum 1489 scriptum esse mihi non probavit, cf. infra p. 19; neque librum post editionem principem Homeri anno 1488 in lucem editam ex alio codice a Valla descriptum esse verisimile videtur. Cf. codices G p. 6 et R_3 p. 38 et S p. 44.

2) Cf. v. cl. Wilamowitzium in praefatione ed. Callimachi tertiae p. 11, quartae p. 7.

Argonautica et Hymnos, Proculi Hymnos, Homeri Hymnos III—XXXIII, Moschi Cupid. fug., Musaei carmen de Hero et Leandro; eadem manu, qua R_2, exaratus.

M, Leidensis 22 (XVIII 33 H), olim Mosquensis, chartaceus, continens Iliadis libros VIII 435—XIII 134, Hymnorum Homeri I 10—XVIII 4 1).

Mon., Monacensis 333, chartaceus, continens Orphei Argonautica et Hymnos, Proculi Hymnos, Homeri Hymnos III—IV 192, Herodoti vitam Homeri.

N, Leidensis 28 (XVIII 74 C), membranaceus, continens Orphei Argonautica et Hymnos, Proculi Hymnos, Homeri Hymnos III—XXXIII, Moschi Cupid. fug., Musaei carmen de Hero et Leandro.

O, Ambrosianus 845 (C 10 inf.), chartaceus, continens Platonis Cratylum, Orphei Argonautica et Hymnos, Proculi Hymnos, Homeri Hymnos III—IV 80.

P, Vaticanus Palatinus 179, membranaceus, continens Herodoti vitam Homeri, Gorgiae Encomium Helenae, Orphei Argonautica et Hymnos, Proculi Hymnos, Homeri Hymnos III—XXXIII, Moschi Cupid. fug., Musaei carmen de Hero et Leandro.

Π, Parisinus, supplément grec 1095, olim S. Petri Perusinus, chartaceus, continens Iliadem, Homeri Hymnos III—XXXIII, Callimachi, Orphei, Proculi Hymnos, Batrachomyomachiam (in ed. Wilamowitzii *p*).

Q, Ambrosianus 734 (S 31 sup.), chartaceus, continens Orphei et Proculi Hymnos, Homeri Hymnos III—XXXIII, Callimachi Hymnos, Pindarum; „manu, ut videtur, Ioh. Rhosi" 2) monent viri reverendissimi Martini et Bassi in Catalogo (in ed. Call. Wilamowitzii non adhibitus, apud Schneiderum *f*, apud Smileium *e*).

1) Ordinem Hymnorum sicut ab editoribus Britannis secundum codicem M constitutus est servavi.

2) Quod confirmat Smileius v. d. in Class. Quart. vol. XIV 1920 p. 6 ann. 4 his verbis: „the writing agrees in some notable characteristics, and the diversities are comprehensible when one remembers that Rhosus' activity as a scribe extended over fifty years (1447—1497)".

R_1, Riccardianus 53 K II 13, membranaceus, continens Orphei Argonautica et Hymnos, Proculi Hymnos, Homeri Hymnos III—XXXIII, Moschi Cupid. fug., Musaei carmen de Hero et Leandro, ad Allenii arbitrium manu Ioannis Rhosi exaratus.

R_2, Riccardianus 52 K II 14, membranaceus, continens Orphei et Proculi Hymnos, Homeri Hymnos III—XXXIII, Moschi Cupid. fug.; scriptus est ab Ioanne Scutariota.

R_3, Riccardianus 3020 (olim 3195), chartaceus, continens folio VI° verso Homeri Hymnos IX, XII, XIII; scripsit Bartolommeo Comparini anno 1494.

S, Vaticanus graecus 1880, chartaceus, continens foliis 1—8 Homeri Hymni III vss. 1—357; cetera alia manu et in alia charta nog multo minore forma scripta sunt.

T, Matritensis 4562 (olim 24), chartaceus, continens Musaei carmen de Hero et Leandro, Orphei Argonautica et Hymnos, Proculi Hymnos, Homeri Hymnos III—XXXIII, Callimachi Hymnos et Epigrammata nonnulla, scriptus a Constantino Lascari anno 1464 (in ed. Wilamowitzii *m*).

V, Venetus 456, membranaceus, continens Iliadem, Quintum Smyrn., Odysseam, Homeri Hymnos III—XXXIII, Moschi Cupid. fug., Batrachomyomachiam.

Hi libri omnes sunt saeculi XV exceptis *Γ* et Mon. et O, qui sunt initii saeculi insequentis, et M et At)1), qui sunt prioris. Codicem M solum fragmentum hymni primi et secundum nobis tradere vix monendum est. Codicem G, Vaticanum Reginae 91 ex editione Homeri principe a Demetrio Chalcondyla anno 1488 confecta descriptum esse Hollander handschr. Ueberl. p. 6 vidit. Codices $KL_1L_3NPR_3S$ denuo contuli, ML_2R_2 inspexi, codicum T, *Π*, D imagines quas dicunt photographicas habeo, quas sedulo consului. Reliquorum librorum collationibus, quatenus in editionibus Gemol-

1) Cf. virorum reverendissimorum Eustratiadis et Arcadii Catalogue of the Monastery of Vatopedi on Mt. Athos (Harvard Theol. Stud. XI 1924) p. 134, ex quorum sententia Athous 671 *αἰῶνος ιδ'* et charta bombycina scriptus est. Quocum optime congruit id, quod dicit v. d. Gardthausen Gr. Palaeogr. I² p. 118 charta bombycina scribas Graecos inde a medio saeculo decimo tertio uti: „nur die jüngeren Sorten zeichnen sich durch eine spiegelglatte (cf. supra p. 2 ann. 3) Oberfläche und eine gelbe Farbe aus".

lii et Allenii adhibitae sunt, usus sum. De quibus quae hic sequuntur sufficiant. De vetustiorum collationibus videas quaeso Hollanderum handschr. Ueberl. p. 3.

Is ipse contulit L_1DJKP, in libris L_2R_1QV hymnum qui est in Apollinem integrum, in L_3R_2 eiusdem hymni vss. 1—178, inspexit GE. Collationem libri *Π* (hymni III tantum) in lucem edidit R. Vári in Neue Jahrbb. vol. CXLV 1892 pp. 81 sqq.; eiusdem disputationes in Egyetemes Philologiai Közlöny vol. XIV 1890 pp. 161 sqq. de codd. EJ et in vol. XV 1891 pp. 156—158 de cod. *Π* non vidi; de codice E Hollander quoque scripsit in Neue Jahrbb. l.c. p. 544, de S et E Ludwichius ibid. p. 239, de S vide etiam infra p. 44. Collationem parum accuratam et lacunosam codicis T vulgavit v. d. Bethe in Hermae vol. XXVIII 1893 pp. 522 sqq.; eundem librum postea iterum excussit v. d. Allenius (videas praefationem editionis anni 1912 p. VIII). Codices nescio quot denuo contulerunt Goodwinus et „amici" (vide eius editionem p. V). De Athoo et Mosquensi vide infra p. 29 ann. 4 et p. 53 ann. 4. Quae ab Hollandero in disputationibus laudatis et quae in editione Gemolliana vulgata sunt multo accuratiora mihi videntur quam quae in apparatu critico editionum Britannicarum leguntur.

Hoc loco animadvertendum mihi est usque ad annum 1922 in arenis Aegyptiis fragmenta papyracea Hymnorum Homericorum inventa non esse, cf. libellum utilissimum Caroli H. Oldfatheri, qui inscribitur The Greek literary texts from Greco-Roman Egypt (Madison 1923). Neque post eum annum prodiisse humanissime per litteras mecum communicavit v. d. B. A. van Groningen. Quod mirandum non est, cum Hymnos nostros temporibus quae dicuntur Hellenisticis non iam lectos fuisse neque de eis a philologis Alexandrinis actum esse videri notum sit. Cf. infra pp. 57 et 59.

Ex codicibus supra enumeratis ETL$_1$*Π* in unam (*x*), ABC*Γ*L$_2$L$_3$L$_4$ Mon.NOPQR$_1$R$_2$V in alteram familiam (*p*) comprehendendos esse v. d. Allenius 1) Hollanderum 2) secutus recte demonstravit, familiam

1) Th. W. Allen, the Text of the Homeric Hymns, Journ. of Hell. Stud. XV 1895 pp. 136—183, 251—313; vide etiam eiusdem et v. d. E. E. Sikes editionis (1904) praefationem.

2) H. Hollander, die handschriftliche Ueberlieferung der homerischen Hymnen,

tamen AtD(S) et familiam HJK ex *x* defluxisse arbitratus. Argumentis maioris momenti, quibus ducti viri docti has familias *x* et *p* discreverunt, expositis et si res coget correctis ac suppletis deinceps de libris AtD, HJK, R_3S et de ratione, qua familiae inter se cohaerent, necnon de codice M disseram.

I DE STIRPE *x*

Lectiones, quibus a ceteris differunt, libri $ETL_1\Pi$ communes habent inter se has 1):

	x	cet.
III 8	*πρὸ* (*πρὸς* T, *πρ*$^{o\iota}$ *Π*)	*πρὸς* (*πρὸ* J).
61	*φᾶτο* (corr. in *φάτο* m. pr. *Π*)	*φάτο*.
72	*ἀτιμήσω*	*ἀτιμήσω* D(At?), *ἀτιμήσας* *p*, deficit M.
83	*ὅμοσεν*	*ὄμωσεν* D(At?)JK, *ὄμοσσεν* M*p*.
114	*ἴσμαθ'* (δ suprascr. *Π*)	*ἴδμαθ'* D(At?)JK, *ἴσθμαθ'* *p*S, *ἴθμαθ'* M.
227	*πώποτε*	*πωτότε* D(At?)S, *πωτότέ* *p*, *πώποτε* M.
230	*ὄνχηστον* (E?) 2)	*ὄγχηστον*.
291	*οἵδ'*	*ἠδ'*.
292	*τῆσιν* (corr. in *τοῖσιν* m. sec. T)	*τοῖσιν* (corr. ex *τῆσιν* m. pr. D, At?).
358	*χαλεποῖσι*	*χαλεπῆσι*.
402	*ἐπιφράσσατο*	*ἐπεφράσ(σ)ατο* DAtM, *ἐπιφράσσαιτο* *p*.

Programm des Ratsgymnasiums zu Osnabrück, 1886. Cf. eiusdem commentationes in Hermae vol. XXVI 1891 pp. 170—177, 636—639, Neue Jahrbb. für Philologie vol. CXLV 1892 p. 544, Festschrift des Ratsgymnasiums zu Osnabrück 1895, 4 Ueber die neu bekannt gewordenen Handschriften der homerischen Hymnen.

1) Cf. conspectum lectionum, quem confecit v. d. Allenius in Journal of Hell. Stud. vol. XV 1895 p. 146/7, ubi lectiones tantum, quae familiae *x* cum D(At) communes sunt, collectae sunt.

2) *ν* mutatum in *γ*, nescio utrum m. pr. an sec. T; *ὄνχηστὸν* L_1; *γ* mutatum in *ν* m. pr. *Π*.

	417	ἀμφισορούσει	ἀμφὶσ ὀρούσει.
	447	ῥ̓ιπῆς	ῥιπῆς.
	461	περιφρένας	περὶ φρένας.
	490	ῥ̓ῆγμῖνι (item 505, 508)	ῥηγμῖνι.
	499	ἐξέρον	ἐξ ἔρον.
	515	ἔχω(ν) ατὸν	ἔχων ἀγατὸν D(At?), ἔχων ἐρατὸν M, ἔχων χρυσῆν p.
IV	42	ὀρεσκώ λώνης v. i. p. 16, 20	ὀρεσκώοιο χελώνης.
	65	ὦτο 1)	ἆλτο DAtM, ὦρτο p.
	79	σάνδαλα κ' ἔριψεν v. i. p. 16, 20	σάνδαλα δ' αὐτίκ' ἔριψεν.
	125	μετ' ἄσσα	μετ' ἄσσα DAtp, μέτασσα M.
	181	αἶκε θέλησθα cf. vsm. 566	αἴκ' ἐθέλησθα DAtM, αἶκε θέλησθα p.
	371	νέον	νέον γ' D (At?) p, νέον M.
	425	δὲ λλιγέως	δὲ λιγέως.
	460	ἔγωγε (ἐγώ σε *Π*)	ἐγώ σε.
	502	μέλλος (*Π* deest)	μέλος DAtp, καλὸν M.
	561	ἐθέλωσιν (*Π* deest)	ἐθέλουσιν.
	566	αἶκε (*Π* deest)	αἴκε.
V	3	καταθνητῶν (*Π* deest)	κατὰ θνητῶν (At?).
	145	τέ σε (*Π* deest)	δέ σε.
	203	ἤρπασ' ἐνὸν	ἤρπασ' ἐὸν Dp, ἤρπασε ὃν At, ἤρπασ' αἰνὸν M.
	205	τετιμένονος	τετιμένος DAtp,-νον M.
VI	16	τε δεξιόωντο	τ' ἐδεξιόωντο.
X	3	ἐφιμερτὸν (ita etiam J, L_1 deest)	ἐφ' ἱμερτὸν.
XXIII	tit.	εἰς ὕπατον κρονίδην (L_1 deest)	εἰς ὕπατον κρονίδην ἢ δία DAt, εἰς τὸν δία p, M deest.
XXXIII	11	με (L_1 deest)	μέγας DAtp, M deest.

Libros tamen ETL_1*Π* unius familiae esse non solum loci supra collecti, sed etiam variae quaedam lectiones in margine vel supra

1) ὦτο, littera τ mutata in ρ m. pr. T, ut videtur; Lascarem de sua coniectura correxisse in promptu est.

lineam additae 1) (lectione textus in ET haud raro expulsa) arguunt, quibus ceteri libri plerumque egent. Sunt autem hae:

III 55 πολλὴν super οἰστεῖς scriptum T, οἰσεῖς πολλὸν E, πολλῆν supra textum L_1, in margine *Π*, πολλὴν in cet. deest.

151 ἀνὴρ in textu, αἰεὶ in margine ET*Π*, ἀνὴρ αἰεὶ L_1 (αἰεὶ *p*M, ἀνὴρ DAt).

162 βαμβαλιαστὺν ET, κρεμβαλιαστὺν, suprascr. βαμ L_1*Π* (κρεμβαλιαστὺν cet., exitu in *p*M corrupto).

202 ἀμφὶ φαείνει ET*Π*, ἀμφιφαείνειη L_1 (eadem varietas in *p*, ἀμφιφαείνει cet.).

523 ἄδυτον ζάθεον in textu ET (ζάθεον supra ἄδυτον scriptum in E); αὐτοῦ δάπεδον in textu, ἄδυτον ζάθεον in margine L_1*Π* (αὐτοῦ δάπεδον cet.).

IV 45 ἀμαλδύναι in textu ET; ἀμαρυγαί in textu, ἀμαλδύναι in margine L_1*Π* (ἀμαρυγαί cet.).

86 αὐτοτροπήσας ὣς in textu ET; αὐτοπρεπὴς ὣς in textu, αὐτοτροπήσας in margine L_1*Π* 2) (αὐτοπρεπὴς ὣς DAt, αὐτοτροπήσας *p*M).

168 ἄλιστοι in textu ET; ἄπαστοι in textu, λι suprascr. L_1*Π* (ἄπαστοι sscr. λι *p*, ἄπαστοι DAtM).

212 φοῖβος ἀπόλλων in textu, μῦθον ἀκούσας in margine ETL_1*Π* (μῦθον ἀκούσας M, φοῖβος ἀπόλλων cet.).

224 ἔλπομαι εἶναι in textu ET; ἧστιν 3) ὁμοῖα in textu, ἔλπομαι εἶναι in margine L_1*Π* (ἔλπομαι εἶναι M, ἔστιν ὁμοῖα cet.).

241 δή ῥα νεόλλουτος προκαλεύμενος ἥδυμον ὕπνον ETL_1*Π*, cet. (νήδυμον *p*); ἐν ἄλλῳ οὕτως· θῆρα νέονλ οχάων προκαλεύμενος ἥδυ in margine ETL_1*Π*.

254 λίκνω in textu ET; κλίνη in textu, λίκνω in margine L_1*Π* (λίκνω *p*M, κλίνη DAt).

280 ἅλιον τὸν in textu ET; ἄλιον ὡς L_1, ἅλιον τὸν ὡς *Π* (ἅλιον τὸν DAt, ἄλιον ὡς M, ἅλιον ὡς τὸν *p*).

288 ἀντήσεις (-σης L_1*Π*) ἀγέλησι βοῶν καὶ πώεσι μήλων omnes, γρ.

---

1) De quibus vide etiam partem II huius libelli.

2) αὐτοτεοπήσας L_1.

3) ἧστην L_1.

ἄντην βουκολίοισι καὶ εἰροπόκοις ὀίεσσιν in margine ETL$_1$Π.

322 αἶψα δ' ἵκοντο κάρηνα in textu ET (et p); αἶψα δὲ τέρθρον ἵκοντο in textu L$_1$Π(DAtM), γρ. δ' ἵκοντο κάρηνα in margine L$_1$Π.

326 μετὰ χρυσόθρονον ἠὼ in textu ET; ποτὶ πτύχας οὐλύμποιο in textu L$_1$Π (et cet.), γρ. μετὰ χρυσόθρονον ἠὼ in margine L$_1$Π.

366 δ' ἄλλον μῦθον ἐν ἀθανάτοισιν ἔειπεν in textu ET; δ' αὖθ' ἑτέρωθεν ἀμειβόμενος ἔπος ηὔδα in textu L$_1$Π (et cet.), δ' ἄλλον 1) μῦθον ἐν ἀθανάτοισιν ἔειπεν in margine L$_1$Π.

451 οἶμος in textu, γρ. καὶ ὕμνος in margine ETL$_1$Π (ὕμνος M, οἶμος cet.).

473 τῶν νῦν in textu ET; καὶ νῦν in textu, γρ. τῶν in margine L$_1$Π (καὶ νῦν cet.).

478 γλυκύφωνον ET, λιγύφωνον L$_1$Π, cet.

563 πειρῶνται δ' ἤπειτα πάρεξ ὁδὸν ἡγεμονεύειν ETL$_1$ (Π deest) cet., γρ. ψεύδονται δ' ἤπειτα δι' ἀλλήλων δενέουσαι in margine ETL$_1$.

βη

V 99 πείσεα L$_1$ (Π deest), βήσεα cet.

214 ἶσα θεοῖσι in textu ET; ἤματα πάντα in textu, ἶσα θεοῖσι in margine L$_1$Π (ἶσα θεοῖσι M, ἤματα πάντα DAtp).

244 τάχα ET (et pM); κατὰ et suprascr. τάχα L$_1$Π, κατὰ D (At? λείπει τὸ τάχα inquit Constantinides).

VII 37 φόβος in textu ET; τάφος in textu, φόβος in margine Π (L$_1$ deest) (φόβος M, τάφος cet., in P tamen sscr. ἤγουν φόβος).

VIII 9 εὐθαλέος in textu ET; εὐθαρλεσέος in textu Π (L$_1$ deest) (εὐθαρσέος DAtM, εὐθαλέος p).

XIX 7 κέλευθα in textu ET; κάρηνα in textu, κέλευθα in margine Π (L$_1$ deest) (κάρηνα DAt, κέλευθα p, M deest).

48 ἱλάσομαι in textu ET 2); λίσομαι et suprascr. ἵλα, in margine ἵλαμαι Π (L$_1$ deest) (λίσ(σ)ομαι cet.).

His versus III 136—138 (in textu Π 3), in margine ETL$_1$) et for-

---

1) ἀύλλον L$_1$. 2) ἱλάσομαι T, cf. XXI 5 ubi legitur in ET ἵλασμαι.

3) Etiam in S et in ed. pr., vide infra p. 41.

tasse III 325a (in margine ETL$_1\Pi$), qui in aliis non inveniuntur) addendi sunt 1).— Ex hoc conspectu libros ETL$_1\Pi$ non ex ipso huius familiae archetypo (x), sed gemellos ET ex altero (a), ex altero (b, gemellos L$_1\Pi$ fluxisse et libros a et b ex archetypo descriptos esse apparet 2). Nam longe plurimae lectiones variae (sc. III 162, 523, IV 45, 86, 168, 224, 254, 280, 322, 326, 366, 473, V 214, 244, VII 37, VIII 9, XIX 7, 48), quae in L$_1\Pi$ in margine vel supra lineam scriptae sunt, in ET in textu leguntur. Quod lectionibus hisce aut ET aut L$_1\Pi$ propriis confirmatur:

	a	b	cet.
III tit.	α^{os}	om.	om.
4	*φαίδιμος*	*φαίδιμα*	*φαίδιμα.*
36	*ἐυκτισμένη*	*ἐυκτιμένη*	*ἐυκτιμένη.*
38	*νῆσος λιπαροτάτη*	*νήσων λιπαρωτάτη*	*νήσων λιπαρωτάτη.*
44	*πετρήεσσα*	*πετρήδεσ(σ)α*	*πετρήεσσα.*
51	*κεθέλεις*	*κέλης* L$_1$, *κεθέλης*Π	*κ' ἐθέλεις* D, *κεθέλεις* p.
60	*πεῖας*	*πείαρ*	*πεῖαρ* D, *πῖαρ* p.
86	*τε* om.	hab.	om. D(At?), hab. pM.
87	*ἦ μὴν*	*ἦ μη* L$_1$ 3), *ἦ μή* Π	*ἦ μὴν.*
88	*σ' ἔξοχα*	*σε γ' ἔξοχα*	*σε γ' ἔξοχα.*

1) In margine etiam lectiones reperiuntur, quas correctiones malim quam varias lectiones dicere: III 59 *δηρὸν ἄναξ εἰ βόσκοις περίτας* σ'^{μ} *ἔχωσιν* ET (om. μ sscr.), $\gamma\rho$. *εἰ βοσκοισθε οἵ* (ex *οἳ*) *κε* σ'^{θ} *ἔχωσιν* in marg. E; *δηρὸν ἄναξ εἰ βόσκοις* σ'^{μ} *ἔχωσιν* L$_1$, *δηρὸν ἄναξ εἰ βόσκοις θεοί κε σ' ἔχωσιν* Π (et D, *δηρὸν ἄναξ εἰ βόσκοις* cet. om. p, M deest; *περίτας* significare (*λείπει*) *περὶ τὰ* $\subset$ intellexitHollander handschr. Ueberl. p. 13); III 114 *ἴσμαθ'*, superscr. *δ*Π, vide supra; III 211 *τριόπω* in textu ETL$_1\Pi$ (et DS, *τριοπῶ* M, vsm. om. pAt), *τριοπόω* in marg. L$_1\Pi$; ibid. *ἐρευθεῖ* in textu ETL$_1\Pi$ (et DS, *ἐρεχθεῖ* M), *ἀμαρύνθω* in marg. L$_1\Pi$; III 217 *μαγνιήνας* in textu ET, in marg. L$_1\Pi$, *μαγνησίδας* in textu L$_1\Pi$ (et DSp, *μαγνησίας* At, *ἀγνιήνας* M); III 276 *δελφούσῃ* omnes, sed in L$_1$ sscr. τ; V 68 *θεῶν* in textu, $\gamma\rho$. *θηρῶν* in marg. ET, *θηρῶν* cet.; cf. XXXIII 14 infra p. 57.

2) Quod iam vidit v. d. Bethe in Hermae vol. XXVIII 1893 p. 534. Cf. etiam Allenium v. d. in Journal of Hell. Stud. vol. XV 1895 pp. 161—174 et in editione anni 1904 pp. XXIII—XXVII. Eodem modo in Callimacho libros distinguit v. cl. Wilamowitzius, ed. 3a pp. 10, 11, ed. 4a p. 7, cf. tamen infra p. 45 ann. 1. De affinitate librorum tam E et T quam L$_1$ et Π vide infra pp. 18/19.

3) Post $\mu\eta$ spatium unius litterae relictum.

92	ὠδίναισσι	ὠδίνεσσι	ὠδίνεσσι.
96	om.	hab.	om. M, hab. cet.
110	ἀπ' ἐκ	ἀπεκ	ἀπὸ M, ἀπ' ἐκ cet.
112	ἔχοντες	ἔχουσαι	ἔχουσαι.
128	ἀσπαίροντες	ἀσπαίροντα	ἀσπαίροντα.
176	ἐπειδὴ	ἐπιδὴ	ἐπὶ δὴ D(At?), ἐπὶ δὴν *p*, ἐπειδὴ M.
180	μήλιτον	μίλητον	μίλητον.
184	ἔχων	ἔχον	ἔχον *p*, ἔχων cet.
210	ἐλατιονίδη	ἐλατινιονίδη	ἐλατινονίδη M, ἐλατινιονίδη cet.
214	καὶ	ὡς	ὡς.
260	τελειέσσας	τεληέσσας	τεληέσσας D(At?) M, τελειέσσας *p*.
261—289	om.	hab.	hab.
348	ἱεροῖς	ἱεροῖσι	ἱεροῖσι.
382	ἦσεν	ὦσεν	ὦσεν.
389	ὀργίοτας E, ὀργίοντας corr. m. pr. in ὀργίονας T 1)	ὀργίονας	ὀργίονας.
394	ῥρέζουσι	ῥρέξουσι 2)	ῥέξουσι MD, ῥέζουσι At, ῥ' ῥέξουσι *p*.
394	ἀγέλουσι	ἀγέλλουσι	ἀγέλλουσι DAt, ἀγγελέουσι *p*, ἀγγέλλουσι M.
414	ἤθελον	ἔθελον	ἔθελον.
423	ἐϋκτίσμενον	ἐϋκτίμενον	ἐυκτίμενον DAtp, ἐύκτιτον M.
466	γάρ	δέ	δέ.
479	ἐμὸν καλλοῖσι	ἐμον λλοῖσι L_1, ἐμὸν πολλοῖσι *Π*.	ἐμὸν πολλοῖσι
506—508	om.	hab.	hab.

---

1) Eorum igitur parentem *a* ὀργίοντας, quod Georgius Valla male intellexerit, legisse verisimile est.

2) Ita etiam L_1.

515	ἔχων ατὸν	ἔχω ατὸν 1)	ἔχων ἀγατὸν D(At?), ἔχων χρυσῆν p, ἔχων ἐρατὸν M.
IV tit.	ὕμνος δεύτερος εἰς ἑρμῆν	εἰς ἑρμῆν	εἰς ἑρμῆν D(At?), εἰς τὸν ἑρμῆν p, τοῦ αὐτοῦ ὕμνοι εἰς ἑρμῆν M.
21	ἱερῶς	ἱερῶ	ἱερῶ.
37	αἶχμά E, αἴγμά corr. in αἰχμά T	αἰγχμὰ L_1, αἰγχμὰ *Π*	αἶχμα M, αἰχμὰ cet.
38	ἀείδεις sscr. οις	ἀείδοις	ἀείδοις.
81	συμμιότων	συμμίστων L_1, συμμίσγων *Π*	συμμίσγων.
100	μεγαμηδείοιο	μεγαμηδείδοιο L_1, μέγα μηδείδιο *Π*	μεγαμηδείαο DAt, μεγαμηδείδαο p, μέγα μηδείδαο M.
161	θνητῶν sscr. οῖς	θνητοῖς	θνητοῖς.
214	φιλοτὴν 2)	φιλητὴν	φιλητὴν D(At?)M, φηλωτὴν p.
263	πιθόμην	πυθόμην	πιθόμην D, πυθόμην cet.
296	μετὰ γαστρὸς	μετὰ om.	μετὰ om.
353	ὦκακοβοῶν	ὦκα βοῶν	ὦκα βοῶν.
362	ἀπηλεγέως	ἀπολεγέως	ἀπηλεγέως.
394	ἴφιμα	ἴφθιμα	ἴφθιμα.
400	ἀντιτάλλετο 3)	ἀτιτάλλετο	ἀτιτάλλετο.
406	νεογλὸς	νεογνὸς	νεογνὸς.
417	ἐπράϋνεν	ἐπρήϋνεν	ἐπρήϋνεν.
483	ἐξερεείνει η	ἐξερεείνη	ἐξερεείνη.
522	ἐκτετάτισται 4)	ἐκτεάτισται (*Π* deest)	ἐκτεάτισται.
535	om.	hab. (*Π* deest)	hab.
549	φῆμ'	φημ' (*Π* deest)	φήμ'.
577	πᾶσα 5)	παῦρα (*Π* deest)	παῦρα.

1) ἔχω ' ατὸν *Π*. 2) Corr. m. sec. in φιλητὴν T.
3) ἀντιβάλλετο E. 4) Corr. m. pr. T. 5) Corr. in πᾶρα m. pr. T.

V	10—11 in unum conflati 1)	hab. (*Π* deest)	hab.
	16 κελαδινήν	κελαδεινήν (*Π* deest)	κελαδεινήν.
	68 θεῶν, in mg. γρ. θηρῶν	θηρῶν (*Π* deest)	θηρῶν.
	97 om.	hab. (*Π* deest)	hab.
	123 ἄκτιστον 2)	ἄκτιτον (*Π* deest)	ἄκτιτον DAtM, ἄτικτον *p*.
	156 μεταστραφθεῖσα	μεταστρεφθεῖσα	μεταστρεφθεῖσα.
	174 βυρε	ἠυρε	ἦρε D, ἦρε At, ἠυρε *p*, κῦρε M.
	186 ἔειπας	ἔειπες	ἔειπες.
	207 τρῶς (corr. in τρὼς m. sec. T)	τρῶα (τρῶσ in mg. *Π*).	τρῶα.
	245 νηλειεὺς (sed υ eras. T)	νηλειὲς L_1, νηλεὲς *Π*	νηλειὲς.
	256 ἤδη	ἴδη	ἴδη.
	262 σεληνοί	σιληνοί	σιληνοί D(At?) M, σειληνοί *p*.
	263 μυχῶν 3)	χυμῶ L_1, μυχῶ *Π*	μυχῶ.
	265 βοτιανείρη 4)	βωτιανείρη	βωτιανείρη (βοτ. M).
VI	tit. εἰς ἀφροδίτην	εἰς τὴν αὐτήν	εἰς τὴν αὐτήν D(At?) *p*, τοῦ αὐτοῦ εἰς τὴν αὐτὴν ἀφροδίτην M.
VII	3 νεανίη	νεηνίη	νεηνίη.
	29 ἑκατέρω	ἑκαστέρω	ἑκαστέρω.
IX	8 σέθ'	σέθεν (L_1 deest)	σέθεν.
X	4 ἐυκτισμένης	ἐυκτιμένης (L_1 deest)	ἐυκτιμένης.

1) Post vsm. 21 vss. 10—12 integros lineolis obliquis deletos repetit T.

2) Suprascr. τ m. sec. T.

3) Ex Allenii v. d. sententia in ed. anni 1912 in codice T ν lineola deletum est, quod in imagine discernere non possum.

4) Hoc versu ἔφυγαν in E, sed ἔφυσαν in T legitur, cf. Allenium v. d. in ed. anni 1912 ad locum.

XIV tit.	εἰς μητέρα τῶν θεῶν	εἰς μητέρα θεῶν (L_1 deest)	εἰς μητέρα θεῶν D(At?)M, εἰς τὴν
6	ἀοιδῆς	ἀοιδῇ (L_1 deest)	ἀοιδῇ. [ῥέαν p.
XIX 4	στείβουσαι	στείβουσι (L_1 deest)	στείβουσι (M deest).
XX 8	om. (in mg. add. E)	hab. (L_1 deest)	hab. (M deest).
XXVI 5	ἀέξετο	ἔξετο (L_1 deest)	ἀέξετο (M deest).
13	ὁράων	ὡράων (L_1 deest)	ὡράων (M deest).
XXXII tit.	εἰς τὴν σελήνην	εἰς σελήνην (L_1 deest)	εἰς σελήνην D(At?), εἰς τὴν σελήνην p (M deest).
XXXIII 14	ἀνέμους, in marg. ἄελλας	ἀέλλας (L_1 deest)	ἀέλλας DAt, ἀέλλαι p (M deest).

Ex locis allatis patet libros $L_1\Pi$ textum paulo meliorem et integriorem tradere quam ET, quorum lectiones discrepantes saepe errore ortae sunt, et qui versus et lectiones varias in $L_1\Pi$ exhibitas omittunt, horum autem codicum Π meliorem [1]) esse, qui in locis lectu difficilibus plura quam L_1 nobis servavit, sc. III 51 κέλης L_1, κεθέλης Π; 59 βόσκοις σ' ἔχωσιν L_1, βόσκοις θεοί κέ σ' ἔχωσιν Π; 114 nihil suprascr. L_1, δ sscr. Π; 377 κεχολωμένοι L_1, -νος Π, -νον E, -νον m. pr. corr. in -νος T; 479 ἐμὸν λλοῖσι L_1, ἐμὸν πολλοῖσι Π; 515 ἔχω ατὸν L_1, ἔχω ' ατὸν Π; IV 42 ὀρεσκώ λώνης L_1, ὀρεσκώιο κολώνης Π, qui plura licet falsa discernere potuit, ὀρεσκώ λώνης ET; 79 σάνδαλα κ' ἔριψεν L_1, σάνδαλα αὐτίκ' ἔριψεν Π, σάνδαλα ἔριψεν ET; 81 συμμίστων L_1, συμμίσγων Π. Contra L_1, qui duobus vel tribus tantum locis meliorem lectionem praebet, sc. III 276 τ
δελφούση L_1, δελφούση Π; 423 αἶπὺ L_1, αἰπύ Π; IV 280, ubi Π non inter lectionem textus et superscriptam distinxit, fortasse 410 ἀγνοῦ ταὶ L_1, ἀγνοῦται Π, haud paucas ineptias admisit, e.g. III 20 μόνος (νόμος cet.), 42 μεερόπων, 50 ἔπαεα, 54 ἐσέσεσθαι, 64 δεξαίμιν 2), 106 ἀποστρέτειεν, 126 κρατερὸν (sic etiam M), 144 et 145 in unum contractos omissis verbis πρώονες . . . ἄλαδε, 186 νοήμημα, 193 γήαρος,

1) Cf. Hollanderum in Neue Jahrbb. vol. CXLV 1892 p. 544: „der. . . . Parisinus. . . . dessen Schreiber dem Schreiber von L_1 an Treue kaum nachgestanden, an Wissen ihn übertroffen zu haben scheint."

2) Cf. Hollanderum handschr. Ueberl. p. 7 ann. 2 et p. 14 ann 2.

194 καὶ om., 331 χωομένος (pro -νη), 336 pr. τε om., 348 βοῶπες, 358 κρατερὸν (cf. 126), 364 δήλομα κροτοῖσιν, 380 καλλίρρον (item *Π*, sed corr. m. pr.), 427 φερᾶς, 434 παιγίζων, 437 ἦος, 455 ψυχᾷς, 463 ἦυδα, 476 ἀυτὰρ (pro ἀτὰρ), 480 om., 516 βιμὰς et ἔποντον, 525 ἦυδα (cf. 463), IV 1 ὑμνεῖουσα (ὑμνεῖ μοῦσα cet.), 86 ἀυτοτεοπήσας in margine, 94 ἔσκευε (ἔσσευε cet.), 98 ἐγίνετο, 102 εὐρυμετώτους, 109 ὄξον et ἐπέλετε (cf. III 106), 148 πίον, 165 ταρβαλέων, 197 νέων, 202 ἀργαλέων, 207 γουνὸν om., 211 ἀντίων, 215 om., 224 ἦστην (ἦστιν *Π*, ἔστιν cet.), 229 κευθμῶν, 241 νέων, 259 ἐρήσεις, 273 ὀσποχθων (pro ὑπὸ χθών), 294 κρατοὺς, 304 ὅ τε δ' (pro ὁ δ'), 319 πολύμητες, 331 νέων, 332 ἦλε (pro ἦλθε), 366 ἀύλλον in margine, 371 νέων, 419 πλήκτωρ, 420 κομάβησε, 447 μελεδώνω, 473 αὐτοὶ (pro αὐτὸς), 516 παρξηνὸς, 533 φερίστε, 547 νόων, 548 πλέων, 565 σὺν et φρέντε (pro σὴν et φρένα), 570 χθονὸν, V 13 ποιήσαι, 37 μέγεστος, 58 ἐκ (pro ἐς), 91 ἦυδα (cf. III 463, 525), 114 δαπρὸ, 140 ἀλαὰ, 188 ζῶτ', 198 καὶ om., 257 θρέτουσιν, 263 χυμῶ, 280 ποπὶ, 281 σε om., 290 ἐποτίζεο, VI 12 χρυσάμτυκες, 19 ἀγγῶον. Concedendum tamen est librarium maxima diligentia et fide locos, quos legere non potuerit, spatiis intermissis 1) depinxisse, neque in libro *Π* eiusmodi menda deesse 2), e.g. III 61 καὶ (pro δὲ), 76 ἄλγεα (pro ἄλσεα), 104 ἐργμένον (pro ἐεργμένον), 115 μονοστόκος, 119 ἐν (pro ἐκ), 277 ἀτὰρ πιτοὶ, 309 ἦρης (pro ἦρη), 312 ἄρχει om., 349 ὅ (pro ὅτε), 405 ὁιδ' (pro οὐδ'), 453 τοι (pro τι), 530 ὁπηδῶν (pro ὁπηδεῖν), IV 30 σύμβουλον (pro σύμβολον), 44ὄντ (spatio omisso, pro ὅν τε), 76 δ' om., 80 θαυμαστὰ (pro θαυματὰ), 90 ὤμους om., 131 ὀγμη (pro ὀδμὴ), 159 ἄγκε (pro ἄγκεα), 196 τέτυκτον (pro τέτυκται), 217 κεκαλυμμένοι (pro -νος), 241 λοχεύων in margine (pro λοχάων), 264 μηνύσας μ' (pro μηνύσαιμ'), 287 ὁπότε (pro ὁπόταν), 367 πάντα (pro πάντων), 382 γὰρ (pro tert. καὶ), 401 φῆς (pro φῶς), V 170 ἔχευαν (pro ἔχευεν), 259 θνητοῖο (pro θνητοῖς), 268 τούσδ' (pro τὰς δ'), VI 4 ἤνεκεν (pro ἤνεικεν), 12 ἴεν (pro ἴοιεν), VII 3 προβλῆτιν, 10 κεχαρημένη (pro -νοι), XV 6 ἔρεζεν

---

1) Sc. III 7 λ ρεσσιν (pro χείρεσσιν), 8 ἀνεκρέμασε (secundum ε in rasura), 12 π γνια (pro πότνια), 87 μη v.s.p. 12 ann. 3, 479 ἐμὸν λλοῖσι, IV 5 μ άρων (pro μακάρων), 18 βους (in rasura, accentu eraso), V 6 δ' ἔρ μέμηλεν (pro δ' ἔργα μέμηλεν), 113 ἀπ ρήτην (pro ἀπειρήτην), cf. v. d. Allenium in ed. mai. pp. XXVI/VII.

2) Cf. Hollanderum Ueber die neu bek. gew. Hss. pp. 17 sqq.

et ἀνέλη (pro ἔρεξεν et ἀνέτλη), XIX 8 δι' ἀρωπήια, XXVII 8 δεινῆς (pro δεινόν), 18 ἀμβροσίων (pro -ίην), XXX 2 φέρκει (pro φέρβει), 16 καὶ (pro κε) 1).

Supra *Π* et L_1 gemellos nominavi, quod Allenius v. d. lectionibus, quae utrique libro communes non sunt, inductus dubitavit 2). Discrepantiae 3) tamen eo, quod librarius codicis *Π* litterarum ductus, ligaturas, talia, quae in libro *b* ei occurrebant, melius intellexit et inde melius descripsit quam scriba Laurentiani, explicandae 4) neque tantae, ut eiusdem parentis L_1 et *Π* esse non possint, esse mihi videntur 5). Neque Hollanderum recte credo monere 6) codices L_1 et *Π* ex ipso archetypo totius familiae, E et T autem ex apographo archetypi descriptos esse. Nam sunt loci, quos ET, ergo etiam *a*, bene, L_1*Π* autem depravate reddunt: III 44, 210, 515 (ἔχων ET, ἔχω L_1*Π*), IV 362; scribas codicum et L_1 et *Π* lectionem, quam archetypum rectam habuisse apparet, eodem modo corrupisse parum versimile mihi quidem videtur.

---

1) Cf. v. cl. Wilamowitzium in ed. 3a Call. p. 11: „scriba (sc. cod. *Π*), quem Graecum non fuisse τροεζῆνος ostendit, quod in scholio 4.41 semel ei excidit, laudem elegantiae et probitatis unam quaesivit; doctus nec erat nec videri volebat". Neque librum L_1 a Graeco homine scriptum esse ex locis supra allatis (praesertim IV 294 κρατοὺς pro κρατὺς) et ex accentibus permultis false positis sequi persuasum habeo, cf. R. Vári in Neue Jahrbb. vol. CXLV 1892 p. 82: „Der gewissenhafte, doch des griechischen ziemlich unkundige schreiber des Laur."

2) In Journal of Hell. Stud. vol. XV 1895 p. 164: „it is possible therefore that L_1 and *Π* are not direct copies of the same manuscript; whether they are or not, however, is of little practical importance; their ultimate archetype (*b*) is represented very closely by them."

3) Sc. prae ceteris III 59, 114, 479, IV 42, 79.

4) Smileius v. cl. in Class. Quart. vol. XV 1921 pp. 114. 2 et 122 sqq. lectiones integriores codicis *Π* eo explanare conatus, quod pater vel avus nonnulla ex stirpe *f* sumpta textui addidit, mihi quod attinet ad Homerum non persuasit. Qua enim de causa librarius e. g. IV 79 αὐτίκ' addidisset, δ' tamen omisisset? Rectius Hollander iudicare mihi videtur (Ueber die neu bek. gew. Hss. p. 16), qui tales lectiones vel maiori cognitioni vel coniecturae scribae tribuit.

5) Affinitas utriusque quanta esset in Callimacho, nunc diiudicari non potest, quod Laurentianus, ut supra dixi, detruncatus est, quamquam editio princeps eius loco habenda est. Cf. v. cl. Wilamowitzium in ed. 3a p. 11 et v. d. Smileium in Class. Quart. vol. XIV 1920 pp. 108 sqq.

6) Ueber die neu bek. gew. Hss. pp. 15 sqq.

De arta affinitate autem librorum E et T non solum non dubitatum, sed etiam tanta visa est, ut v. d. Smileius Mutinensem e Matritensi descriptum esse arbitretur 1), quod tamen neque Wilamowitzio v. ill. 2) neque mihi persuasit. Si comparamus enim lectiones has:

		T	E
III	59	δηρὸν	δηρὸν (μ suprascr.).
	438	ἴζον	ἴξον.
	523	ἄδυτον ζάθεον	ut T, sed ζάθεον suprascr.
IV	46	ἐμήδετο	ἐμήσατο.
	426	ἔπετο	ἔσπετο.
	522	ἐκτετάτισται corr. m. pr. in ἐκτεάτισται	ἐκτετάτισται.
VII	46	λαυσιαύχενα	λασιαύχενα.
X	1	Ευπρογενῆ	κυπρογενῆ.
XX	8	om.	om., sed in margine m. pr. 3) add.
XXVI	tit.	om. add. manus recens	hab.
XXVII	tit.	om.	hab.

codicem E aliquot locis plura 4) vel meliora 5) quam Matritensem praebere videmus 6), quae cum una cum textu scripserit Georgius Valla, e libro T haurire non potuerit 7). Ne Matritensem contra e Mutinensi descriptum putemus, prohibent versus III 344 et V 10—12 (post vsm. 21 repetiti) in codice E omissi 8).

In codice T nonnullae correctiones non semper eadem manu insertae inveniuntur, ex quibus plurimae tamen Lascari ipsi tribuendae esse mihi videntur, cum is, quem festinatius scripsisse

1) In Class. Quart. vol. XIV 1920 pp. 62 sq.

2) In ed. Callimachi 4a p. 7; cf. p. 4 ann. 1.

3) Hollandero in Hermae vol. XXVI 1891 p. 171 auctore.

4) Quod. v. d. Bethe in Hermae vol. XXVIII 1893 p. 528 contendit vsm. 539 in T omissum esse, nobis argumento esse non potest (sicut arbitratus est Hollander Ueber die neu bek. gew. Hss. p. 12), cum ex imagine nihil deesse appareat.

5) V 219 ἐπιείκελλον praebet T; quid in E legatur me nescire doleo.

6) Cf. v. cl. Wilamowitzium in praefatione ed. Callimachi 3a p. 10: „scripsit Georgius Valla Placentinus († 1499) fideliter, sed non tam perite quam Lascaris Matritensem."

7) Cf. Hollanderum l. c. p. 172.

8) Cf. Smileium v. d. in Class. Quart. vol. XIV 1920 p. 63 et Hollanderum l.c.

apparet, persaepe litteras falsas, accentus vel spiritus false positos, talia mutaret. Ubi litterae duplices, ut ρρ, σσ, λλ, ei occurrebant, saepe alteram supra vel infra textum posuit 1). Manus secundae autem videntur esse haec (quae etiam in editione principe reperiuntur praeter accentus III 6 additos): III 6 ῥὰ (acc. add., ῥα cet.), ibid. βίόν (acc. alt. add., βίον cet.), 72 ἀτιμήσω mut. in -σῃ (-σω x), 292 τῆσιν mut. in τοῖσιν (τῆσιν x), 392 in margine add. ν expuncto μ (ἠμαθόην cet.), IV 42 ὀρεσκώηι corr. in ὀρεσκώοιο (vide supra), χϵ add. ante λώνης, 79 δ' αὐτίκ' add. in spatio vacuo (vide supra), 214 φιλοτὴν mut. in φιλητὴν (φιλοτὴν a, vide supra p. 14 ann. 2), V post titulum add. γοs, 207 τρῶς corr. in τρὼς; manui recentiori tribuendae sunt glossae, quae ex lexico quodam sumptae esse videntur, sc. hae: III 18 super ὑπινόποιο scriptum aliquid, fortasse, ποταμός 2), 21 super πορτιτρόφον add. προ, 28 in margine sin. ἔξεισι 32 super πεπάρηθος add. νῆσος, 36 super ἀμιχθαλόεσσα add. ἄμυκλαι (sic), 39 super μίμας add. ὄρος, super κορύκου add. ὄρους, 40 super κλάρος add. νῆσος, 42 super κόως discerni posset ὦς (?), 57 super ἀγινήσουσιν add. ἀγίνουσιν, 530 super ϵὖ ζώειν add. ζήν (?), 540 super τηύσιον add. μάταιον, IV 278 super ἀμαρύσσων add. λάμπων, 286 super δραύλους ἀκαχήσϵις add. δ' ἀγραύλους λυπήσϵις, 434 super αἴνυτο add. ἀφήρϵι; eadem manus multis locis compendio adverbii ὦς initio versus litteram ὦ praefixit. Lectiones variae marginales vel interlineares, de quibus supra iam dictum est, omnes manu Lascaris exaratae sunt.

II DE STIRPE *p*

Libros ABCΓ$L_2L_3L_4$Mon.NOPQR_1R_2V alterius familiae esse lectiones et lacunae hae, quae in iis tantum inveniuntur, ostendunt 3):

		p	cet.
III	11	δὲ om.	hab.
	19	πάντων	πάντως DAtx, πάντοσσ' M.

1) Alia leviora videas apud v. d. Smileium in Class. Quart. vol. XIV 1920 p. 58.

2) V. d. Bethe in Hermae vol. XXVIII 1893 p. 523 dubitanter legit πϵτανως.

3) Cf. quae v. d. Allenius congessit in Journal of Hell. Stud. vol. XV 1895 pp. 174 sqq.

21 παντοτρόφον — πορτιτρόφον.
24 λίμναι — λιμένες (vss. 23—73 om. M).
28 ἐξήει — ἐξείει.
λιγυπνόοις — λιγυπνοίοις.
29 θνητοῖς — θνητοῖσιν.
32 ἀγχίαλος — ἀγχιάλη.
35 αὐτοκάνης — αὐτοκανὴς.
42 πόλεις — πόλις.
46 σοι om., γαιάων — σοι γαιέων (σ eras. T).
54 εὔβουν — εὔβων.

μ
59 δηρὸν ἄναξ εἰ βόσκοις (om. reliqua parte vs). — δηρὸν ἄναξ εἰ βόσκοις· θεοί κέ σ' ἔχωσιν x, eadem, sed om. μ DAt.
60 πῖαρ — πεῖας, πεῖαρ, πείαρ.
65 πέρι τιμήεσσα — περιτιμήεσσα.
γενοίμην — γ' ἐροίμην.
71 ἴδη — ἴδης.
72 ἀτιμήσας — ἀτιμήσω (vel -ση).
73 ὥση — ὥσει.
75 ἀδοίη — ἀίδης M, ἀδῆοι vel simile quid cet.
78 ἕκαστά τε φῦλα νεποὺδων — ἀκήδεα χήτει λαῶν.
82 ἐπείη — ἐπίη.
102 προύπεμψαν — προὔπεμψαν.
114 ἴσθμαθ' — ἴδμαθ' D(At?), ἴσμαθ' (sscr. δ Π) x, ἴθμαθ' M.
129 δεσμά σ' — δεσμάτ'.
143 πολλοί τε — πολλοί τοι.
152 οἳ δὴ τότ' — οἳ τότ'.
159 αὖθις — αὖτις.
162 κρεμβαλιασὺν — κρεμβαλιαστὺν (βαμ- v. l. in x), -στὴν M.
176 ἐπὶ δὴν — ἐπὶ δὴ D(At?), ἐπ(ε)ιδὴ xM.
178 ὑμνῶν — ὑμνέων.
184 ἔχον — ἔχον L_1Π, ἔχων cet.
189 om. — hab.

195 θήβη — θ' ἤβη.
197 οὔτ' ἐλάχεια — οὔτε λαχεῖα EM, οὔτε λάχεια cet.
211 om. — om. At, hab. cet.
215 ἀπόλλωνος — ἄπολλον.
216 πιερίη — πετρίην M, πιερίης cet.
224 τελμησσὸν — τέμμισον M. τευμησσὸν cet.
227 πω τότέ — πωτότε D(At?), πώποτε xM.
233 οἵδὲ — οὐδὲ.
237 πρώτισθ' — πρώτιστ'.
244 ἅδε — ἆδε.
258 ἐπιφρονέεις — ἐπεὶ φρονέεις.
259 ἀνθρώποις — ἀνθρώποισι.
268 ἔστι — ἐστὶ.
274 δέξαιο — δέξαι.

α

279 ναιετάεσκον — ναιετάεσκον M, ναιετάασκον cet.

νηῶ

293 βωμῶ — νηῶ.
306 τυφάονα — τυφλὸν (τε add. M).
322 ἔτι μήσεαι — μητίσεαι M, μήσεαι cet.
325 ἦρ' ἐν — ἦρ' ἐν.
326 καὶ νῦν τοι γὰρ — καὶ νῦν μέντοι M, καὶ νῦν μὲν τοὶ γὰρ cet.
339 ἦ παρόσον — ἐστιν ὅσον M, ἦ πόσσον cet.
344 om. — om. E, hab. cet.
351 ἐναλίγγιον — ἐναλίγκιον.
356 αἴσιον — αἴσιμον.

γ

366 ἀδινήσουσι — ἀγινήσουσι.
368 οὐδὲ — οὔτε.
394 ἀγγελέουσι — ἀγ(γ)έλλουσι.
416 om. — hab.
451 σφας (cf. 460) — σφεας.
503 λῦσαν — λύσαν (At?)
515 χρυσῆν — ἀγατὸν D(At?), ατὸν x, ἐρατὸν M.
518 alt. τε om. — hab.

536 μᾶλα — μῆλα.
538 om. — om. M, hab. cet.
IV 10 δὴ om. — hab.
20 γύων (v. i.) — γυίων.
25 τ' ἐκτήνατ' — τεκτήνατ'.
45 ἃς ὅτε — ἣ ὅτε M, αἳ ὅτε DAtx.
δυνηθῶσιν — δινηθῶσιν (δυν- At).
59 ὀνομακλυτὴν — ὄνομα κλυτὸν D(At?)x, ὀνομακλυτὸν M.
65 ὦρτο — ἆλτο DAtM, ὦτο x.
84 κύδιμα — κύδιμος.
112 κᾶλα — κάλα D(At?)x, καλὰ M.
119 δι' αἰῶνος — δι' αἰῶνας.
121 ὦπτο δ' ἄρ' — ὤπτα.
127 χάρμα φέρων — χαρμοφέρων.
145 λελάκαντο — λελάκοντο.
149 προβιβῶν — προβιβὼν (At?).
152 παρ' ἰγνύσι — περ'ἰγνύσι D(At?)x, περιγνύσι M.
157 πλευροῖσιν — πλευρῆσιν.
159 φηλητεύσειν — φιλητεύσειν.
188 πάρεξ — παρὲξ.
193 ἐβόσκετο om. — hab.
209 εὐκραίροισιν — ἐυκραιρῆσιν M, ἐυκραίροισιν cet.
212 δ' — ῥ'.
214 φηλωτὴν — φιλητὴν D(At?) L_1ΠM, φιλοτὴν ET.
241 νήδυμον (item 449) — ἥδυμον.
254 κατάκηαι — κατάκειαι.
264 μηνύσαιμι — μηνύσαιμ'.
280 ὣς τὸν — ὣς (v. l. τὸν x).
292 φηλιτέων (v. i.) — φιλητέων.
308 ὀρσοπολεύεις — ὀρσολοπεύεις.
312 δέξαι πὰρ — δέξο παρὰ.
342 δῖα — δοιὰ.
356 κατέερξε — κατέρεξεν.
361 ἀλεείνων — ἀλεγίζων M, ἀλεγύνων cet.

	386 κραταιῶ	κρατερῶ.
	402 ἤλαυνε	ἐξήλαυνε.
	412 ἀγραύλοισι	ἀγραύλησι.
	414 κρατὸς	κρατὺς.
	420 κονάβισσε (item 502)	κονάβησε.
	440 σύ	σοί.
	446 φηλητὰ	φιλητὰ (φηλητὰ At).
	478 ἑταῖρον	ἑταῖρην.
	481 χῶρον 1)	χορὸν.
	φιλομειδέα	φιλοκυδέα.
	484 νόα	νόω.
	495 πέρι ζαμενῶς (cf. III 65)	περιζαμενῶς.
	517 πουλυβότειραν	πολυβότειραν (At?).
	519 ὄβριμον (et M)	ὄμβριμον D(At?)x.
	530 ἀκήραον	ἀκήριον.
	532/34 ἐκ διὸς-δαήμεναι om.	hab.
	540 πιφάσκειν	πιφαύσκειν.
	543 ἔλθοι	deest M, ἔλθῃ cet.
	547 ἐθέλησι	ἐθελήσει.
	557 ἀλέγεινεν	ἀλέγυνεν.
	560 θύσωσιν	θυίωσιν M, θυίσωσιν cet. (At?).
V	20 πόνος	πόλεις M, πόλις cet.
	39 κατὰ θνητοῖσι (item 50)	κατὰ θνητῆσι.
	71 πορδάλιές	deest M, παρδάλιές cet.
	73 μάλ'	deest M, βάλ' cet.
	84 θάμβαινέν	deest M, θαύμαινέν cet.
	123 ἄτικτον	ἄκτιστον ET, ἄκτιτον cet.
	136/6a in unum conflati	hab. integros.
	144 ἔρως	ἔρος (corr. ex ἔρως M).
	145 σ' ἐγείνατο	σε γείνατο.
	146 ἀγοράζεις	ἀγορεύεις.
	152 προίοι	προίη.

1) Iniuria in hoc versu vocem κῶμον in χῶρον a librario archetypi familiae *p* corruptum esse putat v. d. Allenius in Journal of Hell. Stud. vol. XV 1895 p. 266 et alibi.

	153 γῦναι	γύναι.
	167 θεὰ	θεᾶ.
	169 ἀνθεμούντων	ἀνθεμοέντων.
	178 ἰνδάλομαι	ἰνδάλλομαι.
	183 τ' ἐκαλύψατο	τε καλύψατο.
	194 τοι om.	hab. (τι τοι pro τοί τι M).
	204 ἐποινοχοεύοι	ἐπιοινοχοεύοι DAt, ἐπι οἰνοχοεύοι vel tale quid *x*, ἐπιοινοχοεύειν M.
	218 χρυσόθρονον	χρυσόθρονος.
	237 δ' οὗτοι	δήτοι (δή τι D).
	245 τ'	γ'.
	251 δάμνακε	δάμνασκε.
	254 ἀπεπλάχθην	ἀπεπλάγχθην.
	262 σειληνοί	σιληνοί (σελ. ETΠ).
	267 ἑστᾶσ'	ἔστασ'.
	269 παρεστήκοι	παρεστήκει.
	279 γηθήσαις	γηθήσεις.
	280 ἄξαις	ἄξεις.
VI	9 ἔνθεμ'	ἄνθεμ'.
	12 κοσμείσθην	κοσμήσθην M, κοσμίσθην cet.
	18 εὐστεφάνου	ἰοστεφάνου.
VII	1 διόνυσον	διώνυσον.
	8 ἦγε	ἤγαγε.
VIII	1 βρισάμαρτε	βρισάρματε (deficit dehinc L_1).
IX	1 ὕμνει (et ita M)	ὑμνεῖ.
	3 μιλήτης	μέλητος M, μελήτης cet.
XI	3 πόλεμοί	πτόλεμοί.
XIV	3 κροτάλη	κροτάλων.
XVI	3 δωτίνω	δωτίω.
XVIII	8 ἔχει	ἔχοι (deficit dehinc M).
XIX	24 λυγγὸς	λυγκὸς.
	26 θαλέθων	θαλέων (At?).
	32 ψαφαρότριχα	ψαφερότριχα.
XXII	1 θεῶν	θεὸν.
	6 ποσειδάων	ποσειδάον.
XXVII	13 μετὰ supervac. om.	hab. (At?).

XXIX	3	ἔλαχες	ἔλαχε (At?).
XXX	14	παρ' εὐανθέσιν	περεσανθέσιν 1).
XXXII	4	κόσμος	κόσμον (At?).
	6	χρυσοῦ et ἀκτῖνες	χρυσέου et ἀκτῆρες.
	7	ἀπὸ κεανοῖο	ἀπ' ὠκεανοῖο.
	11	πλήθη	πλήθει.
XXXIII	14	ἀέλλαι	ἀέλλας.

In fine add. δευρὶ πέρας λάχε τῶν ἐς δαίμονας ὕμνων ὁμήρου (om. V). Ceterum animadvertendum est familiam *p* in titulis deorum nominibus plerumque articulum addidisse.

Iure v. d. Allenius nos monet „that the 'Parisini' are a very well defined family, rendering their archetype *p* with unusual fidelity" (l. c. p. 177). Neque tamen desunt discrepantiae quamquam levioris momenti, ex quibus maiores exponere mihi liceat 2):

III 62 λοιτοῖ $L_2L_3L_4PR_1R_2$, λητοῖ (η in ras.) N, λητοῖ QV.
83 ὄμοσσεν $BL_2L_3L_4OR_1$, ομοσσεν V, ὄμοσσεν cet.
108 μεσήγας $L_2L_4R_2$, μεσηγύ cet.
128 ἀσπέροντα $L_2L_4R_2$, ἀσπαίροντα cet.
156 ὅ οὐ L_3L_4, ὅ οὑ NPR_1, ὅου B.
166 ἐμεῖο L_2R_2, ἐμεεῖο NV, ἐμοῖο cet.
202 ἀμφιφαείνε ι Mon.L_2L_4P, ἀμφιφαείνη L_3NQR_2V, ἀμφιφαείνειὴ O, ἀμφιφαείνει in mg. γρ. φαεινὴ R_1.
219 κυναίου $BO\Gamma L_3$, κηναίου cet.
232 om. BO, hab. cet.
253 θεμιστεύσοιμι $B\Gamma$, θεμιστεύοιμι cet.
259 ἀνθρώποισι ι eraso P, ἀνθρώποις cet.
279 ναιετάεσκον Mon.L_2L_3(?)$L_4OPR_1R_2$(?), ναιετάασκον NQV.
283 τεταρμένον P, τετραμένον cet.
293 βωμῶ, sscr. νηῶ P (m. sec.) NOV, βωμῶ cet.

1) περεσανθέοι At, an error est typographi?

2) „Cet." in hoc conspectu significat cetera membra familiae *p*. Cf. locos congestos in Journal of Hell. Stud. vol XV 1895 pp. 177—9.

311 *θεαὶ* AΓL$_2$L$_3$L$_4$OPR$_1$, *θεοὶ* cet.

γ
366 *ἀγινήσουσιν* (*γ* mut. m. pr. in δ) N, *ἀδινήσουσιν* PR$_1$ (*γ* atramento rubro), *ἀδινήσουσιν* cet.

491 *γ' ἐπί* ΓO, *ἐπί* cet.

496 *δέλφιος* AOPQ, *δέλφειος* cet.

536 *μᾶλα* m. pr. corr. in *μῆλα* P, *μᾶλα* L$_2$L$_3$NR$_1$R$_2$V, *μάλα* BΓ, *μῆλα* L$_4$.

IV 20 *γύων* om. add. m. pr. initio vs. insequentis P 1), om, Mon.L$_2$OR$_2$, hab. ABCΓL$_3$L$_4$QR$_1$.

36 *βέλτιον* BΓ, *βέλτερον* cet.

50 *δὲ* om. BΓ, hab. cet. 2)

80 *θαυμαστὰ* BNV, *θαυματὰ* cet.

114 *τιλόσε* L$_3$L$_4$PR$_1$, *τ λόσε* L$_2$, *τηλόσε* R$_2$.

λι
168 *ἄπαστοι* Mon.L$_2$L$_4$PR$_1$, *ἄπλαστοι* R$_2$, *ἄπλιστοι* ACL$_3$Q, *ἄπαστοι* ΓV, *ἄπ στοι* B.

217 *οὐρέας* BΓ, *εὐρέας* cet.

ς
242 *ἄγρην* B, *ἄγρην* Γ, *ἄγρης* cet.

254 *λίκνω* AC(?)L$_3$L$_4$NPV, *λύκνω* L$_2$R$_2$, *λήκνω* Γ, *λήμνω* [B, *λίμνω* R$_1$.

280 *τὸ* AQ, *τὸν* cet.

288 *ἀντήσεις* L$_3$R$_1$ (corr. m. pr. in *-σης*), *ἀντήσης* cet.

292 *φηλιτέων* AC(?)ΓL$_2$L$_3$L$_4$NP (*ι* super *η* erasum) QR$_1$V, *φιλητέων* BR$_2$.

ε
321 *κατόπισθεν* L$_2$L$_3$(?)PR$_1$R$_2$(?), *κατόπισθεν* L$_4$, *κατόπισθε* N.

330 *μενέοιοκέα* B, *μενοοικέα* Γ, *μενοεικέα* cet.

371 *γ'* post *νέον* add. m. pr. P, om. AQ, hab. cet.

451 *μέλυσι* L$_2$L$_3$L$_4$P (corr. in *μέλουσι*, m. pr.?), *μέλ υσι* N, *μέλυσι* R$_2$ (*ου* sscr. m. sec.).

460 *κρανίον* B, *κρανάινον* AΓ, *κρανάιον* cet.

472 *θ'* inser. AQ, *δ'* inser. V, *τ'* cet.

---

1) Manus sec., quae vs. 21 verbis *γύων οὐκέτι* erasis scripsit *οὐκέτι*, vs. 20 addidit *γύων*. Iniuria Hollander handschr. Ueberl. p. 11 manum pr. haec correxisse dicit.

2) Iniuria v. d. Allenius l. c. codicem N quoque *δὲ* omittere affirmat.

V 71 πορδάλιές $B\Gamma L_2L_3L_4NPR_1R_2$, παρδάλιές ACQV.
82 μέγεθος καὶ $L_2L_4R_2NV$, τε add. m. sec. P, μέγεθός τε καὶ $ABC\Gamma L_3QR_1$.
139 οὐδέ τε AQ, οἵ δέ τε cet.
146 ἀγορεύεις, in marg. ἀγοράζεις N, ἀγοράζεις cet.
152 προίοι $\Gamma L_3L_4NPQR_1V$, προοίοι L_2R_2, προίη ABC.
189 βιοφθάλμιος $L_3L_4NPR_1$, βιοθάλμιος cet?
190 ἀθανάτοισι ΓN (corr. m. pr.), ἀθανάτησι cet.
237 δ' οὔτι B, δ' οὔτοι $AL_2L_3L_4NPR_1R_2$, δήτοι cet.
245 τό τ' ἔπειτα (γ sscr. m. sec.) P, τό τ' ἔπειτα cet.

VI tit. om. BΓ, hab. cet.
2 ἄδομαι om. L_2L_4NP, sub littera rubra *A* (vs. 1) inser. L_4P, cet. hab.
18 εὐστεφάνου, sscr. m. sec. ῐο P, idem m. pr. L_4, nihil add. cet.

Accedunt variae lectiones III 293 βωμῶ sscr. νηῶ p (v.s. p. 26), XXV 1 ζηνός D (pro διός), nisi itacismo ortum est, XXXIII 14 ἀνέμους, in margine γρ. ἀέλλας ET (ubi glossa et vox explicanda inter se confusae sunt), fortasse IV 90 ἐπικαμπύλα ξύλα M, ἐπικαμπύλος ὤμους cet. (ubi ξύλα explicatio esse posset vocis κᾶλα, cf. Hesiod. Op. 427), 159 φέροντα M, λαβόντα cet. (ubi forsitan φέροντα vocabulo λαβόντα explicatur), 254 λίκνω, v.l. κλίνη, 280 ἄλιον τὸν μῦθον, v.l. ἄλιον ὡς μῦθον, 360 λάων sscr. βλέπων L_1.

Hae glossae dum seriore tempore ortae et diligenti cuidam lectori tribuendae esse videntur, scholia proprie dicta, quae supra collegi, fortasse omnia saeculorum doctrinae Alexandrinae mea opinione esse possunt. Quae ad III 147, 172, 320 (secunda pars), IV 36, V 244 pertinent, manifesto Hymnos Homeri esse demonstrare debent: sententiam igitur hominis incogniti et solitarii, quae adversa fronte omnium virorum doctorum de Hymnis „Homericis" consensum oppugnat, licet simplicibus subsidiis defendunt. Quae ad III 40 et 71 adscripta sunt, scholia Townleiana in memoriam vocant; cetera, excepto eo, quod a lectore vel scriba codicis P admonitum videtur ad III 495, interpretationes sunt singularum vocum, quales e libris Venetis notissimae sunt. Utut res autem se habet, ex his scholiis, etsi scientiae aliquantulae testimonium dant, certe principes doctrinae philologicae illorum temporum Hymnos nostros tractasse nullo modo concludi potest.

Priusquam de libris manu scriptis disserendi finem facio, stemma quod dicunt maioris perspicuitatis causa addere mihi liceat hoc:



PARS II: DE VARIIS LECTIONIBUS

Textum pluribus quam poetae antiqui solent variis lectionibus instructum cum invenerimus, inquirere mihi liceat, unde hae varietates ortae sint, et si antiquitus eas iam ferri verisimile sit, quaenam ab ipso poeta originem ducant 1). Haec ut cognoscamus, omnes huius generis locos, quoad gravioris sunt momenti, si tractaverimus, nonnullas varietates minores soli licentiae tribuendas esse apparebit rhapsodorum, quibus (uti Kuiperi utar verbis) ,,non solum in mente haerent verba Homeri sed per aures quoque tintinnant sonitus verborum resonantque numeri" 2); cf. quae dixi ad IV 224. Perraro autem totos versus duplici forma traditos inveniemus, quibus locis plerumque quem in modum altera forma orta sit constitui potest. Unde sequi opinor e solis his duplicibus lectionibus concludi non posse totos hymnos ab alio poeta retractatos esse 3). Neque ita paucos esse locos cum constet, in quibus quid sit genuinum, quid spurium, decerni non possit, in has varias lectiones inquirere satis habendum putavi. Quibus haud aliter textum Iliadis et Odysseae scatentem cum notum sit Zenodotum, Aristophanem, Aristarchum e saeculis prioribus nanctos esse, nostrum est ut subolis Aristarcheae

---

1) God. Hermannus in ep. pp. V sqq. primus textum nonnullis locis duplici forma ex antiquitate traditum esse vidit. Cf. quas refert atque exponit philologorum sententias Kuiper in Mnemos. N. S. vol. XXXVIII 1910 pp. 3 sqq.

2) Vide inMnemos. N. S. vol. XXXVIII 1910 p. 22, cf. p. 19. In libris quos nuper edidit v. d. Milman Parry L' épithète traditionnelle dans Homère 1928 pp. 10 sqq. et Les formules et la métrique d'Homère 1928 pp. 6 sqq. haec nimis pressa esse mihi videntur.

3) Quamquam poetas retractantes et rhapsodos saepe non multum inter se differre probabile videtur. — Hermannus in ep. pp. XX sqq. hymnum quemque ab alio vel etiam tertio poeta totum interpolatum esse putat. Quam sententiam quod ad Apollineum expandit v. d. F. Altheim in Hermae vol. LIX 1924 pp. 430—449, nulla tamen fide mihi facta; quod ad Hymnum qui est in Mercurium Robertus ibid. vol. XLI 1906 pp. 389 sqq., a Conrado Kuipero l.c. tamen lepidissime acerrimeque refutatus.

hodiernae Hymnos quoque, quos illi, uti supra iam dixi, tamquam spurios neglexerint, tractare et e duplici recensione antiquiorem expiscari.

III 21 *ἤπειρον παντοτρόφον p, ἤπειρον πορτιτρόφον* cet.

παντο- in adiectivis, quae ab antiquioribus poetis componebantur, „prorsus" significare videtur, cf. Aesch. Eum. vs. 644 *παντομισής*, ibid. vs. 637 *παντόσεμνος*, dum in vocabulis a *παν-* incipientibus praefixo significatione „omnia" utebantur, cuius rei exempla abundantia enumerare supervacaneum est 1). Apud seriores praesertim voces cum *παντο-* compositae usurpantur 2) praefixi *παν-* vetustiorum poetarum loco, ut *παντογένεθλος*, *παντογόνος*, *παντοδότειρα* (sed Hymn. Orph. XXXIX 3 *πανδώτειρα*), multa alia, vide lexica. Ceterum monendum opinor epitheton *παντοτρόφος* iuxta *πορτιτρόφος* vi descriptiva egere atque aridum videri. Varia lectio igitur littera *ρ* in *ν* corrupta e correctione nimis sagaci scribae libri *p* orta esse videtur, cf. quae dixi supra pp. 49, 52 (cum ann. 7). Eandem sententiam profert v. d. Allenius in Journal of Hell. Stud. vol. XV 1895 p. 261, ceteri editores tacent.

III 24 *λίμναι τε θαλάσσης p, λιμένες τε θαλάσσης* cet.

Poetam cum hemistichium alterum vs. ε 418 (= ε 440)

ἤν που ἐφεύρω

ἠιόνας τε παραπλῆγας λιμένας τε θαλάσσης

imitari appareat, lectio varia corruptione 3), quam scriba libri *p* corrigere 4) conabatur, orta est, neque satis, opinor, defendi potest locis, quales sunt *κύματα μακρὰ θαλάσσης* in Homero passim, *ἁλμυρὸν οἶδμα θαλάσσης* h. Cer. 14, *λαῖτμα θαλάσσης* δ 504, ε 174, ι 260, h. Ap. 481,

1) Non desunt tamen exempla quaedam apud antiquos quoque poetas praefixi *παντο-* hac sententia usurpati, ut *παντογήρως* Soph. Ant. 606, *παντόμορφος* frg. 618 (Jebb-Pearson), *παντοπόρος* Ant. 360, *παντότολμος* Aesch. Ag. 221.

2) *λίμναν παντότροφον Αἰθιόπων*, quod praebent codd. Aesch. frg. 192 nunc metri causa a v. cl. Wilamowitzio in ed. mai. p. 68 corrigitur in *ἁγνῶν τροφόν*.

3) Quae post *κεκλιμέναι* per dittographiam quandam facile explicari potest.

4) Cf. p. 52 ann. 7.

γήθησεν δὲ βαθὺς πόντος ἁλὸς πολιῆς Theognis 10,

qui Homerum secutus esse videtur Φ 59 (ubi tamen est hemistichium prius) vel ἐπ' οἶδμα λίμνας Eur. Hec. 446, Aristoph. Av. 1338. Neque aliter sentit v. d. Allenius loco supra citato, silent ceteri.

III 38 Χίος, ἥ νῆσος λιπαρωτάτη εἰν ἁλὶ κεῖται *a*
νήσων cet.

Haec varia lectio antiquo cuidam rhapsodo tribui posse mihi videtur, quamquam lectionem vulgatam ad poetam ipsum redire imitatio Callimachea h. Del. 3

Κυκλάδες, αἳ νήσων ἱερώταται εἰν ἁλὶ κεῖνται

arguit. Alteram versuum Homericorum ι 25

αὐτὴ δὲ χθαμαλὴ πανυπερτάτη εἰν ἁλὶ κεῖται

(ab Hollandero allati) et η 244

Ὠγυγίη τις νῆσος ἀπόπροθεν εἰν ἁλὶ κεῖται

memor rhapsodus textui sibi tradito de suo interpolavit.

III 54 οὐδὲ τρύγην οἴσεις, οὔτ' ἄρ φυτὰ μυρία φύσεις Ψ
πολλήν *x* in mg.

Haud secus utramque hanc lectionem ex antiquitate oriri tam mihi quam Gemollio Allenioque v. d. persuasum est, e quibus tamen ille lectionem marginalem ipsi poetae tribuit altera interpolata atque spuria habita 1), hic autem in commentario πολλήν manifesto debilius („evidently the weaker") iudicat. Ipse quam deligendam esse censerem nescirem, nisi versu 529 compilator secundae partis voce τρυγηφόρος (quae est ἅπαξ λεγομένη!) probaret poetam hymni Delii, quem exemplo sibi sumpserat 2), οἴσεις scripsisse; πολλήν rhapsodo igitur adscribo, qui verba φυτὰ μυρία alteri pari opposita esse voluit 3).

1) In ed. p. 7 sub 1; non aliter sentit Hollander handschr. Ueberl. p. 30.

2) Quod ex aliis quoque locis patet, ut 207 coll. 19, cf. Altheimium v. d. in Hermae vol. LIX 1924 p. 441 et Wilamowitzium v. cl. in libro qui inscribitur Die Ilias und Homer p. 441.

3) Animadvertendum est vs. 53 οὐδ' .... οὔτ', quod nonnulli Graecum non esse contenderunt (Fr. Franke in comm. II de partic. neg. 1833 p. 18, Hermannus ad Soph. Phil. vsm. 1237, Matthiae in gramm. gr. ed. sec. p. 1226, alii). Quod ad vsm. 54 cf. Hom. Α 115 οὐ δέμας οὐδὲ φυήν, οὔτ' ἄρ φρένας οὔτε τι

III 78 πουλύποδες δ' ἐν ἐμοὶ θαλάμας, φῶκαί τε μέλαιναι
οἰκία ποιήσονται ἀκηδέα χήτει λαῶν *fx*
ἕκαστά τε φῦλα νεπούδων *p*

Uti supra p. 53 iam dixi, hoc loco lectio familiae *p* ex antiquitate tradita esse mihi videtur, neque aliter senserunt Ilgenius, Hermannus (in epistola pp. XX et XXVI), Hollander 1), qui rhapsodo tribuebant, hic tamen voce νεπούδων lectionem quandam principalem expulsam esse ratus. Ceteri viri docti ob ipsam eam vocem textum sicut in *p* traditur tamquam interpolatum et spurium reiecerunt.

Mihi quoque alteram lectionem ex ipsius poetae ingenio fluere videri fatendum est, neque negari posse hemistichium suppositicium claudicare 2) atque verba illa δ 404 φῶκαι νέποδες καλῆς ἁλοσύδνης imitari. De miro vocis νέποδες genetivo praesertim rem agi liquet. Talem formam serioribus temporibus fictam esse verisimile non videri supra p. 53 iam monitum est; eo facilius arti rhapsodorum adscriberem, quibus productiones metricae varii generis e carminibus epicis notissimae erant atque cotidie ut ita dicam occurrebant. Quod ad vocalis ο productionem attinet πουλύς et composita a πουλυ- incipientia 3), Οὔλυμπος, talia frequentissime occurrentia exemplum praebebant. Ceterum in ipsa sexta arsi hasce productiones enumerare velim 4): ἅλσο μεμαώς Π 754, ῥόπαλ' ἀμφὶς ἐάγηι Λ 559, ἀμήχανον, οὔ τι φατειόν Hes. Th. 310 (cf. Sc. Herc. 144, 161), ὄφρα ζωοῖσι μετείω Ψ 47 5), ἐπὶ δέ σφι τίθει χρύσεια κάνεια κ 355, θύρας δ' ἀνέωιξε συφειοῦ κ 389, βέλος ἐχεπευκὲς ἐφιείς Α 51, δόλωι, οὔ τι

ἔργα, ad vsm. 53 h. Cer. 22 οὐδέ τις ἀθανάτων οὔτε (sic Hermannus, οὐδὲ cod. M) θνητῶν ἀνθρώπων ἤκουσεν φωνῆς, Plat. Charm. 171 c οὐδέ γε ἄλλος οὐδείς, πλὴν ἰατρός, οὔτε δὴ ὁ σώφρων; Maetznerum in ed. Antiphontis p. 195, Kuehneri et Gerthii Gr. Gr. vol. II p. 289 c.

1) Handschr. Ueberl. pp. 11 et 29.

2) Post φῶκαί τε μέλαιναι alterum subiectum supervacaneum enim videtur, dum verba (οἰκία) ἀκηδέα χήτει λαῶν optime solitarii loci naturam depingunt.

3) De his vocibus cf. G. Schulze v. cl. in Quaest. Ep. pp. 444 sqq. et v. d. E. Boisacq in Lex. Et. s.v.

4) Plerasque disputationi quam edidit K. Witte v. d. in Mus. Rhen. vol. LXX 1915 pp. 493—495 dempsi. De productione cf. etiam, quae dicit v. d. K. Meister in libro cui titulus Die homerische Kunstsprache p. 44.

5) Cf. ὄφρα.... ἱππηλασίη ὁδὸς εἴη Η 340, δείδοικα ....μή ....ἡμῖν δὲ δὴ αἴσιμον εἴη Ι 245.

κράτεί γε *H* 142, καὶ ἰτέαι ἠδὲ μυρῖκαι *Φ* 350 1), βοὸς ῥινοῖο τετευχώς *μ* 423, et praesertim vocalem *o* productam in ἀρισφαλέ' ἔμμεναι οὐδόν *ρ* 196 et ἐρρίγησαν ὅπως ἴδον αἰόλον ὄφιν *M* 208 (nisi στίχον μείουρον vocare mavis). Non solum forma, sed etiam numeris penitus congruit ἐναίσιμα δῶρα διδοῦναι *Ω* 425 (cuius de vocis explanatione viri docti ambigere videntur). Talium locorum haud immemor rhapsodus, qui rarum νέποδες inserere cupiebat, genetivum insolitum finxisse mihi videtur.

Cui sententiae non, opinor, obstant, quae contendit G. Schulze v. cl. 2); eodem modo enim invenimus in dialogo apud Aeschylum et etiam Herodem primi metri iambici loco aliquoties choriambum adhibitum, quod ad vetustissimum usum redire videtur 3). Neque magni momenti mihi esse videtur, quod dicunt editores Britanni in commentario: „the sense of 'fish' or 'sea-monsters' was not attached to the word before Alexandrian times", cum videre non possim, qua de causa vocabulum nostrum prius ea significatione usurpari non possit. Rhapsodum contra ipsam obscuritatem allexisse verisimile duco.

III 96 ἦστο γὰρ ἐν μεγάροισι Διὸς νεφεληγερέταο (om. Ma)
98 ἦστο γὰρ ἄκρωι Ὀλύμπωι ὑπὸ χρυσέοισι νέφεσσι *Ω*

Priorem versum a rhapsodo ad alterum substituendum insertum esse iam vidit Groddeckius. Cf. quae monet v. cl. Wilamowitzius in libro de Iliade et Homero p. 447 ann. 3: „.... zwei Verse vorher die Variante „Sie sass im Hause des Wolkensammlers Zeus", verfertigt, als die sinnliche Hinderung durch die goldenen Wolken nicht mehr würdig schien". Ne autem vsm. 98 ipsius poetae esse censeamus prohibere non potest, quod ex *N* 521 sqq. sumptus est,

1) μυρικίνωι (∪—∪∪) *Z* 39 et μυρικίνεον (∪—∪∪—) Anth. Gr. VI 298.5 huc manifesto non faciunt.

2) In Qu. Ep. p. 8: „Licentiae (sc. metricae).... iam ante Homeri aetatem vitari et ab usu poetarum paullatim removeri coeptae sunt, ut in carminibus quae nos tenemus fere nihil nisi residua usus olim multo latius patentis vestigia hinc parca illinc aliquantulo frequentiora observemus."

3) Cf. v. cl. Wilamowitzium in ed. Eur. Herculis anni 1907 p. 375, in libro de Sappho et Simonide p. 271, in libro qui agit de re metrica Graeca p. 289.

cum sciamus poetam passim ab Homero hemistichia mutuari, cf. commentarios ad vss. 23, 41, 60, 78, 79, 83, 84—86, 93, 94, 97, 107, 147, 156, 165. Ceterum monendum est vsm. 96 in *Ma* non ex homoearcho, sicut vult v. d. Allenius, excidisse, cum si ita res se haberet, vs. 97 quoque deesset (cf. quae omisit *p* IV 532—4 et L_1 III 144/5); unde sequi videtur vsm. 96 in *Ω* tamquam lectionem variam insignitum fuisse.

III 134/5, 139 αἱ δ' ἄρα πᾶσαι
θάμβεον ἀθάναται, χρυσῶι δ' ἄρα Δῆλος ἅπασα
ἤνθησ' , ὡς ὅτε τε ῥίον οὔρεος ἄνθεσιν ὕλης.
134/5—138 αἱ δ' ἄρα πᾶσαι
θάμβεον ἀθάναται, χρυσῶι δ' ἄρα Δῆλος ἅπασα
βεβρίθει, καθορῶσα Διὸς Λητοῦς τε γενέθλην,
γηθοσύνηι, ὅτι μιν θεὸς εἵλετο οἰκία θέσθαι
νήσων ἠπείρου τε, φίλησε δὲ κηρόθι μᾶλλον.
(134/5, 139 *Ω*, 136—138 *x* in mg.).

De versibus 136—8 et 139 vario modo viri docti iudicaverunt; apud Gemollium invenies, a quibus aut vss. 136—8 aut 139 tamquam spurii reiecti sint. Hermannus tamen primus, uti expectandum est, inter poetam ipsum et interpolatorem (antiquum scilicet!) distinxit, huic vss. 136—139 adscribens (in epist. p. XXVII). Eosdem, „qui inde a prima editione in verba huius carminis sese inferserant, migrare" iussit et „nescio cui grammatico" attribuit „nuganti et descriptionem poetae, quae ipsi nimirum ieiunior videretur, amplificare cupienti" Baumeister, quae quam perperam contenderit, ex iis, qua supra p. 7 de papyris deficientibus monui quaeque huius libelli parti II praemisi, nisi quidem erravi, iudicare potes. Unde fit ut ne Gemollio quidem assentiri possimus, qui utramque lectionem, quae manifesto duplicem recensionem prodit, frustra uni eidemque textui inserere conatus est 1). Hermanni sententiam secuti sunt vv.dd. Allenius et Sikes, eo maxime inducti, quod εἵλετο cum genetivo significatione anteponendi usurpatum apud Homerum non reperitur.

---

1) Versus enim hunc in modum ordinat, ut 136—138 vsm. 139, qui 135 excipit, sequantur, mutato βεβρίθει in βεβρίθηι, quod tamen nemini persuadere potuit.

Ultimus autem de hac re scripsit Wilamowitzius v. cl., cuius verba 1) hic integra apponere mihi liceat: „Delos strotzt von Gold χρυσῶι πᾶσα βεβρίθει. So die Fassung, welche Kallimachos bezeugt (IV 266), der das Wunder ausführt, was es doch nicht gut verträgt. Die armselige Insel ist vor Stolz und Freude verwandelt. Die Geburt von Athena und Herakles hat goldener Regen begrüsst. Golden ist alles Festliche, Köstliche, Göttliche 2). Kallimachos sagt, dass Apollon selbst Rock und Mantel und Schuhe von Gold hat. Aphrodite ist gülden. Wir reden noch davon, dass der Sonnenschein die Landschaft vergoldet, reden von goldener Hochzeit. So werden wir nachfühlen, wie der Ausdruck und die Vorstellung entstanden sind. In der anderen, kürzeren Fassung blüht die Insel von Gold wie ein Berg von den Blüten der Bäume. Das kann gefälliger scheinen; aber was Kallimachos las, wird doch das Echte sein, und dass es die Freude ist, die alles vergoldet, ist auch schöner. Das Bild der blühenden Bäume will schon das Wunder verständlicher machen."

Quibus pauca tantum habeo, quae addam. Forma βεβρίθει rarissima praeter nostro loco semel tantum occurrit, sc. π 474

βεβρίθει (sc. navis) δὲ σάκεσσι καὶ ἔγχεσιν ἀμφιγύοισι,

quem versum poetam hymni imitatum non esse pro certo habeo. Ceterum ipse non solum Callimacho, sed etiam vati Hymni Cerealis vs. 472

πᾶσα δὲ φύλλοισίν τε καὶ ἄνθεσιν εὐρεῖα χθὼν
ἔβρισ'

(ab Ilgenio coll.) exemplo fuisse videtur 3). βρίθειν antiquitus a poetis iam adhibitum 4) vetustius quam alterius lectionis ἀνθεῖν esse videtur, quod in recentioribus tantum poesis epicae partibus et apud subsequentes significatione translata reperitur, ut λ 318 sq.

ἀλλ' ὄλεσεν Διὸς υἱός....
ἀμφοτέρω, πρίν σφωιν ὑπὸ κροτάφοισιν ἰούλους

1) In libro de Iliade et Homero pp. 449. 450.

2) Cf. vsm. 98, *N* 523, etiam τ 33/4 πάροιθε δὲ Παλλὰς Ἀθήνη,
χρύσεον λύχνον ἔχουσα, φάος περικαλλὲς ἐποίει.

3) An ex utraque is lectione versum suum contaminasse censendus est?

4) Cf. Σ 561 σταφυλῆισι βρίθουσαν ἀλωήν et τ 112 βρίθηισι δὲ δένδρεα καρπῶι.

ἀνθῆσαι πυκάσαι τε γένυς εὐανθέι λάχνηι 1).

Necnon affines esse suspicor h. Dion. 8

ἔστι δέ τις Νύση, ὕπατον ὄρος ἀνθέον ὕλῃι

et Alcm. 58.1 Ῥιπᾶν ὄρος ἀνθέον ὕλαι. Ad totum versum conferendus est ι 191

ῥίωι ὑλήεντι
ὑψηλῶν ὀρέων, ὅτε φαίνεται οἷον ἀπ' ἄλλων.

Quae omnia comprobare videntur vsm. 139 e memoria variarum dictionum epicarum factum esse. Εἵλετο autem cum genetivo usurpatum non solum probare non potest, opinor, vss. 136—8 seriori poetae tribuendos esse 2), sed una cum verbo καθορῶσα 3) genuinum eius ingenium ostentat.

III 146—150 ἀλλὰ σὺ Δήλωι, Φοῖβε, μάλιστ' ἐπιτέρπεαι ἦτορ,
ἔνθα τοι ἑλκεχίτωνες Ἰάονες ἠγερέθονται
αὐτοῖς σὺν παίδεσσι καὶ αἰδοίηις ἀλόχοισιν.
οἱ δέ σε πυγμαχίηι τε καὶ ὀρχηθμῶι καὶ ἀοιδῆι
μνησάμενοι τέρπουσιν, ὅταν στήσωνται ἀγῶνα, Ω

Apud Thucyd. III 104 hi versus ita leguntur:

ἀλλ' ὅτε Δήλωι, Φοῖβε, μάλιστά γε θυμὸν ἐτέρφθης,
ἔνθα τοι ἑλκεχίτωνες Ἰάονες ἠγερέθονται
σὺν σφοῖσιν τεκέεσσι γυναιξί τε σὴν ἐς ἄγυιαν·
ἔνθα σε πυγμαχίηι τε καὶ ὀρχηστυῖ καὶ ἀοιδῆι
μνησάμενοι τέρπουσιν, ὅταν καθέσωσιν ἀγῶνα

Hic quoque viri docti alii lectionem vulgatam, alii Thucydideam genuinam esse contenderunt, quas varias sententias Gemollius diligenter congessit atque exposuit. Plerisque et mihi quoque duae recensiones distinguendae esse cum videantur, Hermanni opinio,

---

1) Animadvertendum est et hic et nostro loco binas eiusdem radicis formas positas esse.

2) Recte enim Jebbius ad Soph. Phil. vsm. 1100 adnotavit: „the gen.... depends not on εἶλου alone (as if it were προέκρινας), but on the idea of comparison suggested by the whole phrase εἶλου τὸ κάκιον αἰνεῖν."

3) Quod tali contextu ac significatione perrarum est. Sententia conspiciendi transitive apud Homerum duobus tantum locis (Ω 291, λ 16), ceterum intransitive cum praepositionibus (N 4, h. Cer. 69) vel absolute (Δ 508, H 21, Λ 337) adhibitum video.

qui quae sibi maxime placerent cuique dempsit, ut iis textum antiquissimum construeret, reicienda est.

Cum vss. 144/5 a rhapsodo quodam ex initio carminis (22/3) fortioris ἀντιθέσεως ἕνεκα huc translatos 1) et lectionem Thucydideam antiquiorem esse persuasum mihi habeam, totus locus dehinc ab eodem homine ita correctus esse videtur, ut non solum ἀλλ' ὅτε in ἀλλὰ σύ mutaret, sed etiam primum ἔνθα aliter atque ipse poeta voluit intelligere et secundum rescindere cogeretur, offensus nimirum singulari significatione coniunctionis ὅτε. Quam nostro loco causalem esse opinor 2). Atque rhapsodus correctionibus suis colorem poeticum haud parum diminuisse ac iis, quae antiqui poematis erant propria, obtrectasse mihi videtur. Praeter enim ὅτε inusitatius usurpatum ἔνθα demonstrativum bis (per ἀναφοράν) positum interiit, ἐπιτέρπεαι verbum simplex expulit 3), formae vetustiores vs. 148 et ἄγνιαν difficile intellectu tenuiori dictioni (ex Φ 460 desumptae) cesserunt 4), pro ὀρχηστυῖ, quae formatio Iadis praesertim propria est 5), ὀρχηθμῷι (apud Homerum nonnunquam repertum) subiectum, pro καθέσωσιν denique ἅπαξ λεγομένωι vocis ἀγῶνα significatione mutata στήσωνται substitutum est. Ex quibus nonnulla accuratius tractemus.

Quod ad constructionem haec habeo, quae dicam. Post sententiam

---

1) Si vsm. 143 quoque spurium habeamus, ita ut ἄλλοτε ter deinceps legendum sit, contextus claudicare videatur. Cf. v. cl. Wilamowitzium in libro de Iliade et Homero p. 450 ann. 1.

2) Ita ὅτε apud Herodotum, Xenophontem, Demosthenem, Sophoclem (Ai. 1231, Ant. 170, El. 38, 1318, O. R. 918) usurpatum est, cf. Kuehneri et Gerthii Gr. Gr. vol. II p. 461. Fortasse ionismum esse statuere licet, qui in nostro carmine mirus non esset. Homerus ὅτε hac significatione nondum adhibuisse videtur; nonnullis enim locis, ubi ὅτε traditum est, ὅ τε legendum esse Bekker et Laroche (Hom. Stud. p. 265) viderunt.

3) Verbum compositum apud Homerum semel tantum occurrit, sc. ξ 228 ἄλλος γάρ τ' ἄλλοισιν ἀνὴρ ἐπιτέρπεται ἔργοις. Cf. h. Ap. 204, et 413 ἐπιτερπέα χῶρον.

4) Cf. quae dicit v. ill. Wilamowitzius l.c. p. 443/4 ann. 3: „Doch da hat Thukydides das echte σὺν σφοῖσιν τεκέεσσιν."

5) Cf. H. W. Smyth Ionic § 497 p. 396, Brugmann-Thumb Gr. Gr. §§ 220, 248. 2, Bechtel Vokalkontraktion p. 277/8, Gr. Dial. I 62, Kuehneri et Blassi Gr. Gr. II. 272. 28, Hirt Gr. L. u. F². § 347. 2 p. 403.

causalem 1) ἀλλ' ὅτε Δήλωι κτλ., qua enuntiatione secundaria sententia ordinis primarii continetur, auditor enuntiato primario certior fit illuc Ionas frequentissime convenire ibique ludos ad Dei honorem agere. Hac dispositione, quae adverbio ἔνθα repetito conspicua reddita est, laetitia atque hilaritas diei festi clare enitent. Quibus omnibus quantopere vis poetica illius hominis additamentis correctionibusque, sive interpolatorem sive rhapsodum retractantem eum appellare mavis, detracta sit, iam vidimus. Qui versu 147 licet integro remanente post versum proximum in sententiam primariam mutatum adverbio ἔνθα vim demonstrativam induit, ita ut altero ἔνθα suppresso sententia relativa alia (149) ab alia (147) pendeat. Quod minime placere atque languidum esse videtur.

De versu 148 vide quae supra p. 67 ann. 4 iam dicta sunt. Etiam cum Hermanni coniecturam αὐτοῖσιν παίδεσσι probemus, lectio apud Thucydidem tradita ei praestare videbitur, quippe quae σὴν ἐς ἄγυιαν asservaverit. Qua voce viam sacram significari cum Guttmanno 2) et Gemollio opinor. Ἰάονας ἑλκεχίτωνας non ante templum sed in viam congregari apparet, ut pompam sacram ad deum ducant. Inde omnes aliae interpretationes, quibus commentatores usi sunt, reiciendae sunt, ut Britannica 3), quae est mera coniectura, et Baumeisteriana 4), quae licet ingeniosa quaesitior mihi videtur 5).

σφός vox epica, quae apud Hesiodum semel tantum invenitur

---

1) Iniuria editores Britanni coniunctioni ὅτε vim temporalem inculcare conati sunt sententiam ita detorquentes: „but when your heart most rejoices in Delos, *then do the Ionians gather*", quibus addere coacti sunt: „a way of saying that the Ionians gather at the feast of Apollo in Delos." Quae mira sane mihi videtur ratio dicendi.

2) De hymn. hom. historia critica, Gryphiswaldae 1869 p. 20.

3) „Probably it is the 'square' before the temple of Apollo, where the contests took place."

4) „ἀγυιάν interpretari licet *sacram processionem in dei honorem institutam* in qua longa hominum series certo ordine procedens viam qua incedit ipsam quasi efficere videtur."

5) Neque vere mihi contendere videntur scriptores novi lexici Graeco-Anglici ἄγυιαν esse „collection of streets, city" apud Pindarum, ut Ol. IX 34 οὐδ' Ἀΐδας ἀκινήταν ἔχε ῥάβδον, βρότεα σώμαθ' ἁι κατάγει κοίλαν πρὸς ἄγυιαν θναισκόντων, ubi viam cavam (apud Germanos „Hohlweg", cf. Ψ 419 στεῖνος ὁδοῦ κοίλης), quae morientes (sic, non mortuos!) ad Orcum ducit, designari arbitror.

(Th. 398 *σὺν σφοῖσιν παίδεσσι*), in Hymnis non occurrit; unde concludi potest a rhapsodo illo vitatam esse.

Ad vsm. 149 vide quae supra monui.

Vs. 150 prae ceteris atque praesertim vocabula *καθέσωσιν ἀγῶνα* haud levi argumento mihi esse videntur lectionem Thucydideam ab ipso poeta conditam, vulgatam contra rhapsodo tribuendam esse. Hunc enim vocem *ἀγῶνα* falso per certamen interpretatum verbo *καθέσωσιν* (quod est *ἅπαξ λεγόμενον*!) expulso *στήσωνται* 1) inseruisse opinor, ita ut nunc fere nihil legatur nisi Iones varie certare, cum certamen instituerent, quae est *ταυτολογία* inutilis. *Ἀγῶνα* nostro loco conventum Ionum designare arbitror, quod etiam verbum *καθέσωσιν* probat. Optime comparat Guttmannus l.c. *Ψ* 258 *ἴζανεν εὐρὺν ἀγῶνα*, neque minus apte v. cl. C. G. Vollgraff animum meum advertit ad diras Teias vs. 31/2 *καθημένο τὠγῶνος* (vide Exempla epigraphica potiora quae edidit v. d. E. Schwyzer 710) 2).

III 151 *φαίη κ' ἀθανάτους καὶ ἀγήρως ἔμμεναι αἰεί,*
ὅς τότ' ἐπαντιάσει' κτλ.
ἀνὴρ fx, αἰεί Mp,x in mg.

Utramque lectionem iam archetypum *Ω* habuisse probat ratio, qua in apographis occurrit. Editores, quod quidem videam, semper lectionem *αἰεί* praetulerunt, reiecta lectione *ἀνήρ* tamquam interpolata ut pronomini relativo antecederet. Optime tamen Wilamowitzius v. cl. *ἀνήρ* verum atque antiquum esse monere mihi videtur in libro de Iliade et Homero p. 441 ann. 2 his verbis: „Denn die Festfreude mag dem Betrachter den Eindruck machen, 'dies ist eine Versammlung von Göttern', aber nicht, dass diese Göttlichkeit ewig dauere".

Ad dictionem *ἀνήρ....ὅς* conferre licet *Γ* 61
πέλεκυς.....

---

1) Quod tamen hoc tantum loco pro solito *καθιστάναι ἀγῶνα* occurrere concedendum mihi est. Rhapsodus forsitan metri et contextus necessitate coactus praepositionem omisit.

2) Ad sententiam conferendum *β* 69
ἥ τ' (sc. Themis) *ἀνδρῶν ἀγορὰς ἠμὲν λύει ἠδὲ καθίζει.*

ὅς τ' εἶσιν διὰ δουρὸς ὑπ' ἀνέρος, ὅς ῥά τε τέχνηι
νήιον ἐκτάμνησιν, ὀφέλλει δ' ἀνδρὸς ἐρωήν 1).

Lectionem αἰεί rhapsodo tribuere velim, cui in mente haeserat clausula ἔμμεναι αἰεί ex τ 591, cf. etiam φ 69 ἐσθιέμεν καὶ πινέμεν ἐμμενὲς αἰεί. Fieri tamen etiam possit, ut dictio ἀθανάτους καὶ ἀγήρως, cum verba ἤματα πάντα hoc loco versus non capiat, cum αἰεί ei coniungenda videretur, uti legitur *M* 323

αἰεὶ δὴ μέλλοιμεν ἀγήρω τ' ἀθανάτω τε
ἔσσεσθ'.

III 162 πάντων δ' ἀνθρώπων φωνὰς καὶ κρεμβαλιαστὺν
μιμεῖσθαι ἴσασιν Ω

x praebet variam lectionem βαμβαλιαστύν, quam Wilamowitzius v. cl. in libro de Iliade et Homero p. 450 ann. 4 germanam esse ducit: „Die Variante βαμβαλιαστύν wird echt sein, weil sie ein neues Wort liefert; es würde dann eine unverständliche Aussprache, ein Schnattern oder Plappern bezeichnet" 2). Accedit, quod magis contextui convenit quam κρεμβαλιαστύς, quam voce eos imitatos esse verisimile non videtur. Fortasse rhapsodus quidam, cui crepitacula usurpari solere notum erat, vel quod rarum βαμβαλιαστύς non noverat, κρεμβαλιαστύν inseruit.

Ad formationem utriusque vocis cf. quae supra p. 67 ann. 5 dixi.

III 168 ἐμεῖο δὲ καὶ μετόπισθε
μνήσασθ' , ὁππότε κέν τις ἐπιχθονίων ἀνθρώπων
ἐνθάδ' ἀνείρηται ξεῖνος ταλαπείριος ἐλθών Ω
ταλαπείριος ἄλλος ἐπελθών.

Thucyd. III 104

Vox ταλαπείριος, quae in Iliade deest, in Odyssea cum substantivo nomine tantum coniuncta occurrit, ut ζ 193

ὧν ἐπέοιχ' ἱκέτην ταλαπείριον ἀντιάσαντα,
η 24 καὶ γὰρ ἐγὼ ξεῖνος ταλαπείριος ἐνθάδ' ἱκάνω,

---

1) Plerumque apud Homerum legitur ἀνήρ.... ὅστις, cf. Ebelingi Lex. Hom. p. 128, n.

2) Cf. v. d. E. Boisacq, qui in Lex. Et. vocem originem ducere putat a radice quadam baba, „d'un mot enfantin redoublé baba".

ρ 84 ὣς εἰπὼν ξεῖνον ταλαπείριον ἦγεν ἐς οἶκον.

Monendum est haec semper eundem locum versus, tertium sc. et quartum pedem occupare, apud nostrum autem, si cum codicibus legimus, quartum et quintum. Unde concludo hoc quoque loco lectionem Thucydideam alteri praeferendam esse. Poeta enim ipse usu epico deiecto adiectivum seorsum adhibere voluisse mihi videtur, quod rhapsodus corrigendum ratus ad exempla nota mutavit, licet coactus illa vocabula insolito loco ponere. Praeterea participium ἐπελθών alacrius mea opinione quam simplex sententiam poetae exprimit. Utrumque in Iliade et Odyssea quamquam invenimus, hoc tritius tamen ac languidius mihi videtur 1). Comparetur Ω 418

θηοῖό κεν αὐτὸς ἐπελθὼν
οἷον ἐέρσῃς κεῖται κτλ.,

et ad τις . . . ἄλλος variam lectionem, quam praebebat ἡ πολύστιχος ad Δ 334

ὁππότε κέν τις ἐναντίον ἄλλος ἐπελθὼν
Τρώων ὁρμήσειε καὶ ἄρξειε. . . .

et φ 324

μή ποτέ τις εἴπῃσι κακώτερος ἄλλος Ἀχαιῶν

et φ 327

ἀλλ' ἄλλος τις πτωχὸς ἀνὴρ ἀλαλήμενος ἐλθὼν
ῥηιδίως ἐτάνυσσε βιόν.

III 198 μεγάλη τε ἰδεῖν καὶ εἶδος ἀγητή Ψ
ἀγαυή M

Cum εἶδος ἀγητή dictionem stabilem apud Homerum inveniamus, variantem ἀγαυή antiquitus pro solita substitutam esse verisimile non est. De corruptione ergo agitur in archetypo codicis Mosquensis orta et postea a scriba, ut poterat, correcta.

III 211 ἦ ἅμα Φόρβαντι τριόπω γένος ἦ ἅμ' ἐρευθεῖ *fx*
τριοπόω et ἦ ἀμαρύνθω *b* in mg.
ἦ ἅμα Φόρβαντι τριοπῶ γένος ἦ ἅμ' ἐρεχθεῖ M

Hoc loco varias lectiones non inveniri, sed textum varia ratione

1) Cf. in Ebelingi Lex. Hom. p. 481 col. sin. sub 2: „participium (sc. ἐλθών) additur ut plenior fiat descriptio".

ita corruptum esse persuasum mihi habeo, ut vix restitui posse videatur 1).

III 241 ὅς τε Λιλαίηθεν προχέει καλλίρροον ὕδωρ Ω
ὅς τε Λιλαίηισι προίει καλλίρροον ὕδωρ, ὥς φησιν
Ἡσίοδος schol. A ad *B* 522.

Eadem clausula legitur *B* 752

ὅς ῥ' ἐς Πηνειὸν προίει καλλίρροον ὕδωρ.

Unde verisimile duco a versu Hesiodeo et hunc et nostrum originem ducere, poetam autem vel compilatorem si mavis 2) appendicis Pythiae 3), ut speciem ingenii simularet, exemplum paululum immutasse, secutum nimirum *Φ* 219

οὐδέ τί πηι δύναμαι προχέειν ῥόον εἰς ἅλα δῖαν.

III 247 sqq. Τελφοῦσ', ἐνθάδε δὴ φρονέω περικαλλέα νηὸν
ἀνθρώπων τεῦξαι χρηστήριον, οἵ τέ μοι αἰεὶ
ἐνθάδ' ἀγινήσουσι τελήεσσας ἑκατόμβας

Ita *Ψ*, pro secundo ἐνθάδ' praebet M πολλοὶ.

Hi tres versus dum repetuntur 258—260 et 287—289, tertius solus 366, nostro loco tantum occurrit varia lectio πολλοί. Lectio vulgata praebet anaphoram quandam, quam adhibuisse poetam certe non dedecet; sed lectio varia quoque antiquitus orta esse mihi videtur. Cum enim hymnum Delium parti secundae exemplo fuisse inter omnes conveniat, hic vsm. 57

ἄνθρωποί τοι πάντες ἀγινήσουσ' ἑκατόμβας
ἐνθάδ' ἀγειρόμενοι

imitatos esse pro certo habeo; ubi tamen πάντες in πολλοί mutandum erat, quod ille homo, qui veterem hymnum de suo expandit 4), homines

1) Cf. quae monet Wilamowitzius v. ill. in libro, cui titulus Pindaros pp. 74/5 ann. 3: „209—13 sind hoffnungslos."

2) Interpolator fortasse habendus est, cf. v. d. F. Altheim in Hermae vol. LIX 1924 p. 444, qui vss. 239—242 spurios esse censet, et Wilamowitzium v. cl. l.c., quem eidem offendunt saltem. Animadvertendum etiam est vsm. 239 verbatim vsm. 229 repetere.

3) Cf. ann. sequ.

4) Cf. quae opinatur Wilamowitzius v. ill. in libro de Iliade et Homero p. 441: „Das Gedicht, das man jetzt den pythischen Hymnus nennt, ist in der Tat eine Fortsetzung, entbehrt eines wirklichen Anfangs und ist auch in seiner Anlage dem delischen Hymnus nachgebildet".

„omnes" deum et Deli et Delphis sacrificiis colere pati non potuit. Unde ipsum vel alium quem ex eodem exemplo ἐνθάδε desumptum pro πολλοί subiecisse improbabile non duco.

III 272 ἀλλὰ καὶ ὡς προσάγοιεν Ἰηπαιήονι δῶρα Ψ
τοὶ M

Hoc loco in archetypo Ω corruptela quin iam fuerit, quam Ψ et proavus codicis M diverse tradiderunt, non dubito. Eandem sententiam profert Wilamowitzius v. cl. in libro, qui inscribitur Pindaros, p. 75 ann. 3 et antea iam Baumeister, cuius tamen coniecturam ἀλλ' ἀκέων quamvis acutam accipere non possum. Fortasse τοι pronomen personale, cui Ἰηπαιήονι appositum sit, servandum est.

III 294 διέθηκε θεμείλια Φοῖβος Ἀπόλλων
εὐρέα καὶ μάλα μακρὰ διαμπερές Ψ
καλὰ διηνεκές M

Eadem, sc. μακρὰ διηνεκές, leguntur vs. 255. Cum autem poeta usum Homericum secutus, ut speciem nimirum antiquitatis efficeret, versus et hemistichia bis terve repetere soleat, hic quoque eum μακρὰ διηνεκές cecinisse opinor. Quod rhapsodus quidam eius mentem ignorans vel vocem pure Homericam inserendam ratus, corrupit, voce διαμπερές, quae ξ 11 eodem versus loco reperitur, pro διηνεκές substituta 1); nisi vero eadem de causa διαμπερές in margine adscripsit homo ille, quem hymnos nostros Homeri ipsius esse voluisse supra p. 57 sumpsi.

De καλά dubitandum est, utrum varia sit lectio an corruptela e dittographia vocis μάλα orta. μακρά utique genuinum esse manifestum est 2).

---

1) διηνεκές, quod apud Homerum et Hesiodum non invenitur, in Novo Testamento atque titulis et papyris temporis Imperii Romani occurrit; cf. Lexicon quod nunc edit v. d. H. Stuart-Jones s. v. Cum autem apud Apollonium Rhodium II 393 legamus

μαντοσύνηι τὰ ἕκαστα διηνεκέως ἐνέποντα

(eodem igitur loco versus!), improbabile non videtur διηνεκές eum, si non e nostro hymno, attamen e poeta antiquiore cognovisse.

2) Varietatem lectionum ex μ 436 ab editoribus Britannis allatam (μακροί codd., καλοί in Ap. Lex.) huc non pertinere opinor.

III 308 *Τυφάονα πῆμα βροτοῖσιν,*
ὅν ποτ' ἄρ' Ἥρη ἔτικτε χολωσαμένη Διὶ πατρί,
εὖτ' ἄρα δὴ Κρονίδης ἐρικυδέα γείνατ' Ἀθήνην Ψ
ἥνεκ' ἄρα M

Lectionem codicis Mosquensis in *ἠνίκ' ἄρα* ab Hermanno correctam primi editores Britanni in textum receperunt, alterius ut videtur nulla ratione habita. Haec formam *ὁμηρικωτάτην* quamquam praebet 1), in illam tamen accuratius inquirendum videtur.

De exitu *-τα, -τε, -τεν* coniunctionum nonnullarum temporalium Bechtelius Gr. D. vol. III p. 230 § 269 haec nos docet: „Mit den Ioniern halten es die Attiker, Arkader und Kyprier. Die Lesbier componieren mit *-τα*, die Westgriechen mit dem in *αὐτίκα* verbauten Elemente" (cf. vol. I p. 104 § 163). Nihilominus apud Herodotum non solum *τηνίκα* et in Atthide *ἡνίκα* 2) inveniuntur, sed hoc etiam Ionicum esse efficitur e libris Hippocrateis 3). Praeterea *ἡνίκα* semel apud Homerum reperitur, sc. *χ* 198

οὐδὲ σέ γ' ἠριγένεια παρ' Ὠκεανοῖο ῥοάων
λήσει ἐπερχομένη χρυσόθρονος, ἠνίκ' ἀγινεῖς
αἶγας μνηστήρεσσι δόμον κάτα δαῖτα πένεσθαι,

quem locum 4) non genuinum esse suspicari non possumus, cum in versibus vicinis digamma non neglegatur.

Ex quibus sequi mihi videtur non modo *ἠνίκα* nostro loco antiquitus adhibitum esse posse, sed etiam, cum rarior sit lectio, alteri praeferendum esse. *Εὖτ' ἄρα δή* dictio usitatior rhapsodo cuidam in recitando in buccam venerit.

---

1) *εὖτε* epicum et Ionicum vocat v. d. E. Boisacq in Lex. Et. et item sensit Bechtelius in libri, qui agit de Dialectis Graecis, vol. III p. 235 § 277.

2) Occurrit apud Sophoclem, Euripidem, Aristophanem, Thucydidem (VII. 73.3, *ὁπηνίκα* IV. 125. 1), Xenophontem, Platonem, Theophrastum, Andocidem, Isaeum, Lycurgum, Aeschinem, Demosthenem, Dinarchum, Antisthenem; non adhibuerunt Aeschylus, Antiphon, Lysias, Isocrates, Hyperides, Aristoteles, tituli Attici.

3) Ex quibus laudat v. d. W. Brandt in diss. Argentor. 1908, cui nomen Griechische Temporalpartikeln, p. 39 locos hosce: *Ἐπιδημ.* VII 97 (452, 10 L); ibid. A 4 (184, 9 K); *π. ἄρθρων ἐμβολῆς* 8 (121, 14 K); *ὁπηνίκα*: *π. νούσων* I 5 (148, 12 L); *π. ἀέρων* 10 (50, 18 K).

4) Ab editoribus Britannis primum allatum.

III 326 καὶ νῦν μὲν τοὶ γὰρ ἐγὼ τεχνήσομαι Ψ
καὶ νῦν μέντοι ἔγωγ' ἐκθήσομαι M

Hoc loco veram varietatem codices praebere non credo. Lectio codicis Mosquensis haud aliter atque lectio familiae *p* orta esse mihi videtur (supra p. 53). Diiudicandum igitur est, ubi corruptela quaerenda et quaenam lectio genuina sit. Particulam autem μέν supervacaneam esse opinor hisce de causis. Scriba illius codicis, ex quo archetypus Ω descriptus sit 1), vocabula νῦν μή τοί τι prioris versus et νῦν τοι confudisse videtur, qua ex re etiam concludere possumus hunc versum antiquitus in textu fuisse. Si contra γάρ omittendum censeamus, non modo difficile explicari possit, quem ad modum insinuatum sit 2), sed etiam μέντοι nihil habet, cui opponatur. Quod ad illustrandum conferas velim δ 157, 411, Φ 370, quibus locis particulam μέντοι sequitur αὐτάρ vel ἀλλά. Praeterea particulis τοι γάρ, quod non est levis momenti, melius duo versus coniunguntur. ἔγωγ' ἐκθήσομαι corruptelam e litteris τ et γ confusis ortam et deinde infelici coniectura correctam esse luce clarius est.

III 341 ἡ δ' ἐσιδοῦσα Ψ, ἡ δὲ ἰδοῦσα M

Si alterutram formam deligere cupimus, reminiscendum nobis est vss. 305—355 vetustioris carminis esse 3), in quo digamma observetur 4). Improbabile itaque non est poetam partis Pythiae, in qua digamma neglegitur, hiatum, qui sibi occurrere videretur, vitasse scribendo eadem, quae vs. 255, ubi codices omnes tradunt ἡ δ' ἐσιδοῦσα.

III 349 ἀλλ' ὅτε δὴ νύκτες τε καὶ ἡμέραι ἐξετελεῦντο Ψ
μῆνες M

1) In codice Ω ipso vsm. 325a, quem in M*fp* omissum stirps *x* una marginalem asservet, in margine iam adscriptum fuisse verisimile est.

2) Frustra enim Baumeister γάρ e dittographia sequentis (ut ipse dicit!) pronominis ἐγώ explicare conatur, quae mira esset dittographia retrogressiva, si ita me dicere pateris.

3) Uti primus vidit Ruhnkenius (apud Ilgenium p. 305); cf. Hermannum in ep. pp. XXX sqq. et Wilamowitzium v. cl. in libro qui agit de Pindaro pp. 74/5 ann. 3.

4) Excepto versu 355, quem nimirum composuit poeta, ut fragmentum aliunde petitum cum carmine suo connecteret.

Lectionem codicis Mosquensis genuinam esse manifesto probant vss. ξ 293/4, quos poeta huc inseruit. Ille autem, qui totam digressionem suo carmini addebat, vel rhapsodus quidam in recitando alteram lectionem quamquam huic contextui minus aptam substituit, quam non minus Homericam esse recte Baumeister vidit, cf. π 39 (=λ 183)

φθίνουσιν νύκτες τε καὶ ἤματα δάκρυ χεούσηι

atque praesertim ξ 93

ὅσσαι γὰρ νύκτες τε καὶ ἡμέραι ἐκ Διός εἰσιν.

III 363 ἐνταυθοῖ νῦν πύθευ ἐπὶ χθονὶ βωτιανείρη Mxp
πουλυβοτείρη *f*

Dum βωτιάνειρα semel tantum apud Homerum invenimus sc. *A* 155

ἐν Φθίηι ἐριβώλακι βωτιανείρηι,

ceteroquin in Hymno qui est in Venerem vs. 265 ἐπὶ χθονὶ βωτιανείρηι, adiectivum πουλυβότειρα ad illustrandum χθονί vel χθόνα quater decies in Iliade et bis in Odyssea reperitur, semel in Hymno qui est in Mercurium (517) et in Cereali (305), praeterea legitur *Λ* 770 κατ' Ἀχαιΐδα πουλυβότειραν (v.l. καλλιγύναικα). Deinde τ 408 in codice Palatino et apud Eustathium scriptum ἀνὰ χθόνα βωτιάνειραν, in ceteris πουλυβότειραν. Unde sequi mihi videtur nostro quoque loco πουλυβοτείρηι legendum esse, cum poetam, quem potius compilatorem vocares parum ingeniosum, formam usitatiorem 1) adhibuisse verisimile sit.

III 447 μέγα γὰρ δέος εἷλεν ἕκαστον Ψ
μέγα γὰρ δέος ἔμβαλ' ἑκάστω M

Eo, quod in lectione libri Ψ digamma observatur, si ν paragogicum omittimus, adduci nobis non licet, ut eam antiquiorem iudicemus, cum digamma in hac parte carminis persaepe negligatur, v.s. p. 75. Utraque autem dictio cum poetae nostro ex Iliade et Odyssea

---

1) Cui non obstare patet, quod dixi supra p. 74 ἠνίκα legendum esse, quae sit lectio rarior, cum vs. 308 illius sit poetae vetustioris. — Apud Hesiodum βωτιάνειρα non occurrit.

bene nota esset 1), fieri non posse mihi videtur, ut decernamus, utram ipse delegerit. Neque vsm. 116 *τὴν τότε δὴ τόκος εἶλε* tantum momenti habuisse opinor, ut hoc quoque loco poetam imitatorem faceret (cf. supra p. 72).

III 496 *αὐτὸς δέλφ(ε)ιος καὶ ἐπόψιος ἔσσεται αἰεί* Ψ
δελφίνιος M

Hoc loco alterutra lectio corruptione orta esse cum mihi videatur atque in talibus discrepantiis lectiones codicis Ψ maiore fide dignae esse soleant, *δελφίνιος*, quod e versu priore facile se insinuare potuerit, quamquam ab editoribus Britannis optime defenditur 2), reiciendum opinor. Accedit, quod liber Ψ novam praebet vocem, quam nunc comprobare videtur papyrus illa Callimachi Cydippae Oxyrh. 1011 vs. 20

τέτρατον [ο]ὐκέτ' ἔμεινε πατὴρ ἐς Δέλφιον ἄρ[ας]
Φοῖβον. .....

Quam poeta a nostro mutuatus esse ei fortasse censendus erit, cui in mentem venit eum alibi quoque documentum dare sibi partem Pythiam hymni nostri notam fuisse 3).

Quod ad productionem *ι* vocalis, qua creticus in molossum mutatur, lectorem ad ea, quae G. Schulze v. ill. de hac re fuse ac accurate profert in Quaest. Ep. pp. 291 sqq. reicere mihi liceat; cf. tamen ibid. pp. 252 sqq., praesertim p. 255, ubi „versum" inquit „h.h. I 496 (*δέλφῖος*) vitio graviore laborare constat". Eodem versus loco *ι* producitur *A* 205 *ὑπεροπλίησι*, *B* 573 (= *o* 254) *Ὑπερησίην*,

1) Ad hanc conferendi sunt loci, ubi legimus *χλωρὸν δέος αἱρεῖ, εἶλε*, talia, imprimis autem *ω* 441 *τάφος δ' ἔλεν ἄνδρα ἕκαστον*, ad illam *P* 118 *σφιν φόβον ἔμβαλε Φοῖβος Ἀπόλλων*, *Ξ* 151 *Ἀχαιοῖσιν δὲ μέγα σθένος ἔμβαλ' ἑκάστωι καρδίηι*, quae etiam leguntur *Λ* 11, ubi tamen pro antiquiore *ὦρσε ἑκάστωι* esse, quod imitator *B* 451 nobis servaverit, acutissime docet v. ill. Wilamowitzius in libro de Iliade et Homero p. 183 ann. 1.

2) Hermannus, Baumeister, Gemollius, qui *δελφίνιος* damnant, *δέλφιος* corruptum habuerunt ac varie corrigere conati sunt. Ruhnkenius, Ilgenius, Matthiae lectionem codicis M praetulerunt.

3) Cf. quae monet Wilamowitzius v. ill. in libri qui inscribitur Hellenistische Dichtung vol. II p. 81 ann. 1: „15 (h. Ap. Call.) steht *θέμεθλον*, 57 *θεμείλια*, dies wie Homer Apoll. 294 (Beweis für die Benutzung auch dieses Teiles)."

Solon. frg. 13. 22 *αἰθρίην*, necnon o κ 60 *βῆν εἰς Αἰόλου κλυτὰ δώματα.*

III 507 *παρὰ δ' ἕρματα μακρὰ τάνυσσαν* Ψ, *περὶ* M
510 *παριστάμενοι παρὰ βωμόν* Ω, *περί* Π in mg.

In versu 507 lectio libro Ψ tradita confirmatur papyro illa Vitelliana, quae singularem formam versuum *A* 484—494 asservavit, in quam accuratius inquirere meum non est 1). Hefermehlio enim concedendum videtur, quod sumit, praeter formam vulgatam alteram quoque fuisse, cuius fragmentum lacinia illa cognovimus, quam poeta noster secutus sit. Praepositionem enim *περί*, quam in margine codicis Ω ad vsm. 510 adscriptam 2), in archetypo codicis M huc irrepsisse opinor, quamquam scio in hoc libro praepositiones haud raro inter se confusas esse (e.g. vss. 350, 459). Accedit quod vs. 492, qui hic iteratur, iam legitur *περί*, cf. *A* 448, *ν* 187, qua de causa editores semper ita legerunt.

III 515 *φόρμιγγ' ἐν χείρεσσιν ἔχων, ἐρατὸν κιθαρίζων* Mfx
χρυσῆν p
χαρίεν Athen. 22 c, Eust. *θ* 385 (1602. 15)

De ratione, qua libri manu scripti corruptum hunc locum tradunt, vide supra p. 50. Agitur de lectionibus variis *ἐρατόν* et *χαρίεν*, nisi vero *ἀγατόν* graecum esse sumimus 3). *χαρίεν* autem adverbium neque apud Homerum neque apud Hesiodum occurrit, unde sequi mihi videtur id genuinum esse 4). *ἐρατόν* contra rhapsodis ex Homero

---

1) Id iam fecit E. Hefermehl in Philologi vol. LXVI 1907 pp. 192—201; cf. etiam librum, quem nuper edidit v. d. G. M. Bolling, The external evidence for interpolation in Homer p. 63 sqq.

2) In textu *περί* ex praecedente *παριστάμενοι* vel e *παρὰ νηί* versus insequentis corruptum esse improbabile non est. — Hollandero igitur, qui in libello Ueber die neu bekannt gew. Hss. p. 19 lectionem marginalem in codice Π per coniecturam a scriba inventam esse contendit, assentiendum non est.

3) Qua de re dubitat v. ampl. G. Schulze in Quaest. Ep. p. 449 collato nomine Dorico *Ἐπάγατος* (in Delect. Inscr. Gr. quem ed. E. Schwyzer v. d. 215. 2), cui in libro qui inscribitur Histor. Personennamen p. 156 apposuit Bechtelius *Ἐπαγώ* e titulo Cyrenaico.

4) Intendas velim animum *παρηχήσει* litterarum quae hodie dicuntur velarium.

(*Γ* 64 δῶρ' ἐρατὰ.... Ἀφροδίτης), Hesiodo (Th. 65 ἐρατὴν δὲ διὰ στόμα ὄσσαν ἱεῖσαι), praesertim Hymno qui est in Mercurium (153 χέλυν ἐρατήν, 421 ἐρατὴ....ἰωὴ.... ἐνοπῆς, 423 ἐρατὸν κιθαρίζων, cf. 455, 426 ἐρατὴ δέ οἱ ἕσπετο φωνή) magis notum facile pro antiqua lectione subici potuit.

III 516 οἱ δὲ φρίσσοντες ἕποντο Ψ
ῥήσσοντες M

Codicem Mosquensem hic genuinam lectionem servare confirmat imitatio versus *Σ* 571, neque aliter iudicaverunt editores. Nescio tamen, utrum φρίσσοντες corruptela ex itacismo orta iudicandum sit, ut vult Gemollius, an inventum antiquitus censeamus. Illud autem verisimilius videtur, cum varia lectio πρήσσοντες ad *Σ* 571 adscripta in codicibus Iliadis deterioribus tantum occurrat, neque fieri non possit, ut nostro loco corruptela versus proximi, qua codex Ψ deformatus erat, ad vrsm. quoque 516 pertineat. Quamquam φρίσσοντες haud insipienter coniectum esse videtur 1).

III 523 δεῖξε δ' ἄγων αὐτοῦ δάπεδον καὶ πίονα νηόν Ω
ἄδυτον ζάθεον x in mg.

Lectionem vulgatam, quae meliorem contextum efficiat, germanam esse opinor 2), δάπεδον eandem fere significationem quam τέμενος habere ratus 3). Αὐτοῦ quamquam reflexive ab Homero usurpatum non esse 4) haud ignoro, defendi tamen potest locis quales sunt Theogn. 480

---

1) Verbum φρίττειν significatione perhorrescendi religione aetate classica iam adhibebatur, vide Eur. Cycl. 320, Plat. Polit. 387 c, Phaedr. 251 a et cf. Jacobsii Anth. Palat. vol. III (ed. sec.) 1817 p. 1056 in indice.

2) Ratiocinatio v. d. F. Altheimi in Hermae vol. LIX 1924 pp. 447 sqq., qui duas recensiones discernit, alteram breviorem et genuinam vss. 502—515, 516—522, 545/6, alteram expansam vss. 502—515, 523—544, 545/6 continentem, nos ad deligendam alterutram lectionem iuvare non potest. Neque ei assentiendum videtur vss. 522 et 523 repentina subiecti mutatione male cohaerere, si vss. 521/2 lectionem traditam ἔμελλεν....τετιμένος servamus.

3) Cf. Pindar. N. VII 34 ἐν Πυθίοισι δὲ δαπέδοις κεῖται (sc. Neoptolemus).

4) In versu *β* 250 ἀλλά κεν αὐτοῦ ἀεικέα πότμον ἐπίσποι pronomen magis premitur, cum Ulixis ipsius mors opponatur ei, quam procis minitari dicitur.

οὐκέτι κεῖνος
τῆς αὐτοῦ γλώσσης καρτερὸς οὐδὲ νόου,
955 δειλοὺς εὖ ἕρδοντι δύω κακά· τῶν τε γὰρ αὐτοῦ
χηρώσει κτεάνων, καὶ χάρις οὐδεμία,
1009 τῶν αὐτοῦ κτεάνων εὖ πασχέμεν,
Tyrt. 10. 3 τὴν δ' αὐτοῦ προλιπόντα πόλιν. . . .πτωχεύειν 1).

Lectio varia, quam rhapsodo cuidam adscribere velim, sine dubio ita explicanda est, ut ἄδυτον cellam, νηόν totum templum significet, quod tamen inexpectatum atque parum feliciter dictum mihi videtur. Vox ἄδυτον hac sententia apud Homerum non legitur; *E* 448, 512, in Hymno qui est in Mercurium 247 thesaurum indicat. Fortasse e versu 443 nostri carminis huc inserta est. Neque ἄδυτον neque δάπεδον apud Hesiodum occurrunt.

IV 45 ὅτε δινηθῶσιν ἀπ' ὀφθαλμῶν ἀμαρυγαί Ω
ἀμαλδύναι x in mg.

Lectionem marginalem ad vsm. 45 non pertinere atque ob litterarum incipientium similitudinem voci ἀμαρυγαί adscriptam esse manifestum est. Neque lexica substantivum ἀμαλδύνη non praebere miramur. Unde autem huc irrepsisse possit roganti haec licet dubitanter respondere velim.

Vss. 41/2 leguntur haec:

ἔνθ' ἀναπηλήσας γλυφάνωι πολιοῖο σιδήρου
αἰῶν' ἐξετόρησεν ὀρεσκώιοιο χελώνης,

ubi editores de participii significatione ita dubitaverunt, ut variis coniecturis corrigere conati sint, e quibus tamen nulla omnibus probatur atque satis certa videtur 2). Nihil autem mirarer, si hoc loco ἔνθεν ἀμαλδύνας legendum esset, quod litteris maiusculis scriptum in ἔνθ' ἀναπηλήσας abiisse improbabile non est. Corruptela in textum

---

1) Cf. quae monet v. d. H. W. Smyth in libro de Dialecto Ionica § 563 p. 447, Bechtelius in libri de Dial. Gr. vol. III § 152.2 p. 165.

2) Neque editores Britanni ratione, qua lectionem traditam defendunt, fidem mihi fecerunt. Exspectandum enim est verbum, quod significationem aut convertendi aut interficiendi habeat. ἀναπηλεῖν autem si idem esse quod ἀναπάλλειν sumimus, neutram habere neque ἀνακινεῖν, quod affert Allenius v. d. in ed. anni 1912, quidquam huc pertinere opinor.

inserta dum ibi tradebatur, lectio vera in margine adscripta in codicem Ω, inde in Ψ, inde in x transiit atque paullulo mutata est, cum varia lectio ad *ἀμαρυγαί* pertinens haberi inciperet.

Poetam per iocum, uti solet 1), hoc verbum adhibuisse sumo, quod in Iliade, *M* 18 *τεῖχος ἀμαλδῦναι* eodem versus loco, de demoliendis moenibus usurpatur. Neque fortuito Aristophanes (Pac. 380) ipsum Mercurium haec verba loquentem fecisse videtur:

ἀλλ' ὦ μέλ' ὑπὸ τοῦ Διὸς ἀμαλδυνθήσομαι
εἰ μὴ τετορήσω ταῦτα καὶ λακήσομαι.

IV 51 *ἑπτὰ δὲ συμφώνους οἵων ἐτανύσσατο χορδάς* Ω
θηλυτέρων Antig. Car. c. 7

Recte editores lectionem codicum servasse mihi videntur 2), nam et forma brevior *θηλέων* exspectanda 3) neque, si forma expansa adhibita esset, exitus correptus esset 4). Unde conicias Antigonum ipsum, ut volunt Frankius, Baumeister, Gemollius, vel alium quem lectionem variam invenisse, quod tamen diiudicare nolim. Sententiam suam confirmat Baumeister collata ratione, qua versum Hesiodeum (Op. 524) citat idem scriptor c. XXI (25).

IV 70 *Πιερίης ἀφίκανε θεῶν ὄρεα σκιόεντα* Mxp
θέων *f* (cf. supra p. 51).

---

1) Cf. vsm. 358 et *A* 47 et quae monet Robertus in Hermae vol. XLVI 1901 pp. 392/3 et Kuiper in Mnemos. N. S. vol. XXXVIII 1910 p. 24.

2) Editores tamen Britanni dubitant in praefatione p. XLV: „it might rather be questioned if *συμφώνους*, which is far the earliest instance of the word, were not an interpretation of *θηλυτέρων*, based upon the same belief which is stated in Antigonus."

3) *θηλύτεραι* apud Homerum et Hesiodum non nisi de feminis adhibetur praeter *θ* 324 *θηλύτεραι δὲ θεαί* et variam illam lectionem *Φ* 454 *νήσων ἔπι θηλυτεράων*, quam pro vulg. *τηλεδαπάων* praebebant *αἱ ἀπὸ τῶν πόλεων*. — Cf. e.g. *K* 215/6 *ὅιν δώσουσι μέλαιναν θῆλυν*.

4) Cf. vss. 276, 292, 430, 447, 537; de *ἀλλήλων* (vs. 563) uberius dicendum est. Dativus et accusativus dum in Homero separatas feminini generis formas habent, genetivus masculinam tantum exhibet. Quod tamen mirari non debemus, cum *ε* 71 *πλησίαι ἀλλήλων* sequatur vsm. *Z* 245 *πλησίον ἀλλήλων* (masc.), itemque h. Ap. 196.

Hermannus, Baumeister, Allenius v. d. (anno 1904), Kuiper (in Mnem. N. S. vol. XXXVIII 1910 p. 25) delegerunt *θέων*, Gemollius et Allenius v. d. (in ed. anni 1912) *θεῶν*. Hoc tamen et ob genetivum praecedentem *Πιερίης* et ob insequens *θεῶν* reiciendum pro certo habeo. Ad *ἀφίκανε θέων* comparare licet *Λ* 807 *ἶξε θέων Πάτροκλος* (ubi vs. 808 sequitur *θεῶν ἐτετεύχατο βωμοί*) et *P* 189 *θέων δ' ἐκίχανεν ἑταίρους*. Eadem versus clausula sine *θεῶν* legitur *ε* 279 (= *η* 268) *ἐφάνη ὄρεα σκιόεντα*, ubi additur *γαίης Φαιήκων* (*ὑμετέρης*).

IV 77 sq. *ἀντία ποιήσας ὁπλάς, τὰς πρόσθεν ὄπισθεν*
τὰς δ' ὄπιθεν πρόσθεν, κατὰ δ' ἔμπαλιν αὐτὸς ἔβαινε Ψ
πρώτας M

πρόσθεν, quod omnes editores in textum receperunt nulla variae lectionis ratione habita, confirmari videtur Sophoclis in Indag. vs. 115 (col. V vs. 10) verbis

ἐς τοὐπίσω τὰ πρόσθεν ἤλλακται,

nisi vero vsm. 77 solum imitari censenda sunt. Quod tamen praebet M, utrum librarii cuiusdam negligentiae vel coniecturae, an arti rhapsodicae tribuendum sit, dubito. Graecum enim esse negari non potest coll. *τ* 228

ἐν προτέροισι πόδεσσι κύων ἔχε ποικίλον ἐλλόν.

Neque intellegere me posse libenter fateor, quo modo *πρόσθεν* in *πρώτας* corrumpi potuerit vel qua de causa scriba haec ita mutarit 1).

IV 82 *τῶν τότε συνδήσας νεοθηλέος ἄγκαλον ὕλης* Ψ
νεοθηλέαν ἀγκαλωρήν M

Hermannus in epistola ad Ilgenium p. LVI lectionem vitiosam codicis Mosquensis ita interpretabatur, ut e *νεοθηλέος ἄγκαλον ὥρης* oriunda esset, quod v. d. Allenius l.c. argumentis palaeographicis, ut ita dicam, approbavit. Qua autem ratione lectio codicis M e vulgata corrumpi potuerit quamquam difficile explicatu esse opinor, varia tamen lectio *ὥρης* cum contextu parum congruere

1) Allenius v. d. in Journ. of Hell. Stud. vol. XV 1895 p. 284 comparat *M* 40
αὐτὰρ ὅ γ' ὡς τὸ πρόσθεν ἐμάρνατο ἶσος ἀέλλῃι,
ubi varia est lectio antiqua, ut videtur, *πρῶτον* in codd. B, C, aliis.

mihi videtur, cum apud *ἄγκαλον* genetivum, quo materies 1) indicetur, non genetivum qualitatis expectemus. Si enim Hermannum sequeremur (qui vulgatam sane germanam habet), sententia ita construenda esset, ut genetivus *τῶν* (sc. *μυρίκων* et *ὄζων*) ab *ἄγκαλον* pendens verbis *νεοθηλέος....ὥρης* definiretur, quod vix fieri posse videtur. Ceterum commonefacere mihi liceat, quae contendit Kuiper in Mnemos. N. S. vol. XXXVIII 1910 p. 5 ann. 1: „verba.... quae habet Mosquensis *νεοθηλέαν ἀγκαλωρήν* corrupta nimis sunt quam ut ex iis recensionem diversam iure elicias".

IV 86 *οἷά τ' ἐπειγόμενος δολιχὴν ὁδὸν αὐτοπρεπὴς ὡς fx*
αὐτοτροπήσας Mp,x in mg.

Hae duae lectiones cum valde inter se similes sint, suspicio in promptu est alteram ex altera corruptam esse. Utram autem corruptam habeam roganti hisce de causis *αὐτοπρεπὴς ὡς* depravatum me opinari respondere velim.

Primum *αὐτοπρεπὴς ὡς* quid sibi velit explicari non posse manifesto liquet, unde fit, ut editores et critici nonnulli corrigere conati sint, nihil tamen certi efficientes 2). Deinde *αὐτοτροπήσας* germanum esse aut genuina saltem lectio textus fuisse in archetypo *Ω* eo confirmatur, quod non solum in *p* et in margine *x*, sed etiam in M traditur; in codice enim *Ψ* lectione textus corrupta 3) correctionem in margine additam fuisse et inde scribam apographi *f* illam solam, *p* hanc, *x* et hanc et illam transtulisse verisimile censeo 4). Postremo *αὐτοτροπήσας*, quamquam *ἅπαξ εἰρημένον*, graecum esse et intellegi posse probant cum nonnulla verba cum *-τροπέω* composita 5) tum

---

1) Vocem enim *ὥρα* materiem indicare ex loco Xenoph. Hell. II. 1. 1 *ἀπὸ τῆς ὥρας ἐτρέφοντο* effici non posse opinor, ubi collectivum esse videtur, quo ea significantur, quae *ὥρα* fert; cf. Xenoph. Anab. VI. 1. 1 *ἀπὸ τῆς ἀγορᾶς ἔζων*.

2) Cf. coniecturas, quas congesserunt Baumeister et Gemollius ad locum.

3) Corruptela orta esse potest e compendio exitus *-ας*, quod scriba *ὡς* significare ratus vocem nihili *αὐτοτροπήσ* de suo correxit.

4) Nisi vero in archetypo *Ω* corruptelam et correctionem iam fuisse sumimus, quod tamen non credo, cum si ita res se haberet, dubitandum esset, an etiam codex *Ψ* utramque praeberet et apographa eadem traderent, quae nunc in eis legimus.

5) Formationem, qualis est *φέρω, φορέω* et *τρέπω, τροπέω*, quamquam in lingua Graeca non valde increbruisse dicit v. d. H. Hirt in libro qui inscribitur

imprimis verbum αὐτογνωμονέω optime ab editoribus Britannis allatum. Significationem autem inesse puto pronominis αὐτός, ipse, et substantivi τρόπος vel τρόποι, indoles atque ingenium, ita ut sit: ad suum ipsius arbitrium et ingenium agere 1). Reliquam partem huius versus difficillimi accuratius examinare nunc meum non est.

IV 90 ὦ γέρον, ὅς τε φυτὰ σκάπτεις ἐπικαμπύλος ὤμους Ψ
ἐπικαμπύλα ξύλα M

Editores Britanni ingeniose ξύλα glossam fuisse vocis κᾶλα putant, pro qua substitutum sit, coll. Hesiod. Op. 427 πόλλ' ἐπικαμπύλα κᾶλα (initio versus), ita, uti esset ἐπικαμπύλα κᾶλα ad φυτά appositio. Si res ita se habet (quod pro certo autem non habeo, cum ξύλα forsitan glossa ad explicandum φυτά addita substantivum ὤμους submoverit), lectio tamen vulgata praeferenda videtur esse alteri, quam rhapsodum quemdam in recitando ex Hesiodo sumpsisse verisimile est.

IV 103 ἀδμῆτες δ' ἴκανον ἐς αὔλιον ὑψιμέλαθρον Mxp
ἤλαυνον *f*

Lectio codicum DAt, quam a contextu abhorrere liquet, corruptela orta esse videtur 2). Verbum enim ἐλαύνειν quamquam intransitive usurpari notissimum est, significatione, qua nostro loco accipiendum esset, gradiendi non occurrere e Thesauro Stephani et e novo Lexico Graeco-Anglico apparet.

IV 109 δάφνης ἀγλαὸν ὄζον ἑλὼν ἐπέλεψε σιδήρωι Ψ
ἐνίαλλε M

Gr. Laut- und Formenlehre² § 450 p. 546/7, apud Homerum tamen iam legitur Σ 224 τροπέω. De verbis, quae componuntur cum verbis in -έω, cf. etiam quae dixi in Dono natalicio Schrijnen pp. 656 sqq.

1) Editores Britanni explicant hac versione: „to 'keep the same' or to 'resemble one's self' i.e. be original".

2) Vocem itacismo et dittographia litterae ν corruptam scribas de suo correxisse probabile duco. Cf. quam praebet lectionem T VII 46 λαυσιαύχενα pro λασιαύχενα.

Recte editores lectionem vulgatam servasse mihi videntur, quam bene defendunt viri Britanni coll. verbis ἐπικόπτειν, ἐπιτέμνειν et *A* 236

περὶ γάρ ῥά ἑ χαλκὸς ἔλεψε
φύλλα τε καὶ φλοιόν 1).

Unde autem ἐνίαλλε emanaverit perspicuum non est. Coniectura Postgati, ex cuius sententia corruptum sit e λείαινε, incertissima mihi videtur. Fieri potest, ut sit versus perditi reliquum 2) vel in vs. 113 fuerit pro ἐπέθηκεν, quod tamen pro certo non habeo.

IV 110 ἀνὰ δ' ἄμπνυτο θερμὸς ἀυτμή Ψ
ἄμπνυτο δὲ θυμὸς ἀυτμῇ M

Antequam de duplici forma ἄμπνυτο disserere incipio, monendum videtur lectionem θυμὸς ἀυτμῇ nullius pretii esse 3), cum lectio vulgata θερμὸς ἀυτμή confirmatur eo, quod eadem verba leguntur etiam apud Hesiodum Theog. 696.

Forma ἄμπνυτο quando per υ breve pronuntiatur ad radicem verbi πνέειν quae est πνευ redire, quando autem habet υ longum a radice verbi πεπνῦσθαι quae est πνῡ derivanda esse videtur. Quas tamen radices, quamquam G. Schulze v. cl. eas inter se affines esse in Quaest. Ep. p. 323 negat, collatis formis quales sunt ἔχυτο, χῡμός nihil esse aliud opinor quam gradum minutum (Nullstufe) et reductum (Reduktionsstufe) unius eiusdemque ,,baseos'' indogermanicae pneu̯ 4). Cuius baseos significationem per differentiationem quae hodie dicitur divisam esse sumo in duas notiones, alteram spirandi, alteram translatam mente animoque valendi (,,bei Bewusstsein, im Vollbesitz seiner Geisteskräfte sein'' ut ait Schulze v. d.) 5), quae

1) Hoc enim versu narrari Mercurium τρύπανον sibi facere et versum insequentem, quo στορεύς indicaretur, periisse mihi quoque persuasum est.

2) Ita visum est Baumeistero in ed. p. 206 et viro doct. R. J. Shackle in Class. Rev. vol. XXIX 1915 p. 161.

3) De ratione, qua corruptela orta sit, cf. Allenium v. d. in Journ. of Hell. Stud. vol. XV 1895 p. 286.

4) Jos. Schrijnen quoque v. cl., quem benevolentia, qua de hac re per litteras certiorem me fecit, sibi me obstrinxisse grato animo confiteor, duas radices ad unam basin reduci posse assentitur.

5) Sententiam meam v. cl. Schulze l.c. p. 324 quodam modo comprobare

per formas supra discretas exprimebantur. Hanc autem notionem nostro contextui parum congruere, illam contra exspectandam esse cum manifestum sit, poetam forma per *υ* breve a verbo *πνέειν* derivata usum esse persuasum mihi est. Lectionem codicis M rhapsodo tribuendam esse arbitror 1), cui haec forma ex Homero 2) sumpta praeferenda cum videretur, discrepantia significationum satis perspicua non iam esset. In archetypo *Ω* vel eius proavo has duas lectiones inter se confusas esse ex eo apparet, quod iteratio praepositionis *ἀνά* vix probabilis est. Poeta igitur *ἀνὰ δ' ἔπνυτο* cecinerit.

IV 119 *ἐγκλίνων δ' ἐκύλινδε δι' αἰῶνας τετορήσας* Ψ
ἐκκρίνας M

Lectionem codicis Mosquensis corruptam esse manifestum est, cum notio delegendi nihil ad contextum pertineat 3). Neque tamen doctos editores, ut Ilgenium, Hermannum, Gemollium, ad corrigendam lectionem Ψ inducere debuerat. Compendiis enim exitus *-ων* et exitus *-ας* inter se confusis atque *γκ* corrupto in *κκ* 4) scriba codicis M vel proavi eius libri quae sibi occurrebant littera *ρ* correxisse videtur. Recte autem opinor Frankium participio *ἐγκλίνων* vim intransitivam 5) tribuisse hisce verbis: ,,inclinans se, inclinato corpore incumbens''. Qua sententia acceptum falso Baumeister tamquam supervacaneum vituperavit, qui iniuria haec rogat: ,,Quonam consilio Mercurius boves rursus volutabat (*ἐκύλινδε*), quas iam

---

videtur radici *πνῡ* notionem primariam subfuisse ratus 'sich rühren, regen', ,,quae paullatim a corpore ad mentem translata est''; quam tamen notionem primariam e nostro loco sumpsit recepta lectione codicis M.

1) Antiquam esse ex eo fortasse apparet, quod imitatur Quint. Smyrn. X 62 (quem laudat v. cl. G. Schulze l.c. p. 324 ann. 2) *πυρὸς δ' ἄμπνῡεν ἀυτμήν*.

2) *Λ* 359, *Χ* 475, *ε* 458 = *ω* 349, quibus locis Aristarchus scripsit *ἔμπνυτο*; cf. *ἀμπνύθη* *Ε* 697, *Ξ* 436, quibus locis *ἀμπνύνθη* codd.

3) Non enim credendum videtur Allenio v. d., qui olim in Journ. of Hell. Stud. vol. XV 1895 p. 286 ita explicabat: ,,*ἐκκρίνας* may mean 'taking them apart', i.e. first one then the other."

4) Cf. lectionem *p* III 351 *ἐναλίγγιον* pro *ἐναλίγκιον*.

5) Nostro tantum loco hac significatione intransitive verbum *ἐγκλίνειν* adhibitum video; attamen conferendum Aristot. H. A. 496 a 16 *ἡ καρδία μικρὸν ἐγκλίνει εἰς τὸν ἀριστερὸν μαστόν*, et translate Aristot. Pol. 1266 a 7 *ἡ πολιτεία ἐγκλίνειν βούλεται πρὸς τὴν ὀλιγαρχίαν*.

ante ἐπὶ νῶτα χαμαὶ βάλεν ἀγχὶ πυρός?'' Mercurium enim κυλίνδειν boves opinor, *postquam* interfecerit (τετορήσας), uti ταμεῖν κρέα πίονα 1) δημῶι possit.

IV 132 ἀλλ' οὐδ' ὥς οἱ ἐπείθετο θυμὸς ἀγήνωρ Ψ
ἐπεπείθετο M

Editores lectionem codicis M reiecerunt, proptereaquod ante participium ἰμείροντι pronomen personale omitti non possit, versui β 103

ὥς ἔφαθ', ἡμῖν δ' αὖτ' ἐπεπείθετο θυμὸς ἀγήνωρ

vocabula duo et dimidiatum tantum desumpta esse rati. Quod sane mirum mihi videtur. Vsm. enim β 103 lectionem ἐπεπείθετο confirmare neque pronomen οἱ desiderari opinor coll. ε 151 sqq.

οὐδέ ποτ' ὄσσε
δακρυόφιν τέρσοντο, κατείβετο δὲ γλυκὺς αἰὼν
νόστον ὀδυρομένωι, ἐπεὶ οὐκέτι ἤνδανε νύμφη

et *M* 374 ἐπειγομένοισι δ' ἴκοντο 2). Quod rhapsodus quidam eadem de causa qua hodierni corrigendum putavit.

IV 141 καλὸν δὲ φόως ἐπέλαμπε Σελήνης Ψ
κατέλαμπε M

Eo, quod καταλάμπειν apud Homerum non occurrit 3), nos non prohiberi recte monuit v. d. Allenius 4), quin nostro loco librum Mosquensem sequamur. Cum tamen notio adspiciendi magis quam despiciendi expectari mihi videatur, lectionem quam tradit Ψ servandam esse opinor. Neque certum scio, an hic quoque in codice M praepositiones confusae sint, cf. supra p. 78.

---

1) Ita M, πίονι Ψ; accusativum restituit Ilgenius coll. Ψ 750 βοῦν θῆκε μέγαν καὶ πίονι δημῶι et ι 464 μῆλα ταναύποδα, πίονα δημῶι (ubi deteriores πίονι praebent); cf. etiam ρ 241 μηρία κῆε, καλύψας πίονι δημῶι, ubi deteriores nonnulli πίονα.

2) Cf. D. B. Monro Hom. Grammar² p. 210. 3. b.

3) Est autem λ 16 in codd. et apud Eustathium pro vulgato ἐπιδέρκεται lectio varia καταδέρκεται, quam legebant Aristophanes et Aristarchus, cf. supra p. 66 ann. 3.

4) In Journ. of Hell. Stud. vol. XV 1895 p. 287.

IV 156 *νῦν σε μάλ' οἴω* Mxp, *νῦν δέ σε μάλ' οἴω f*

E lectione libri *f* concludi fortasse licet variam lectionem fuisse *νῦν δέ σ' ὀίω*. Utram germanam habeamus, haud facile dicam. Forma trisyllaba in fine versus ter et vicies in Iliade et undetricies in Odyssea occurrit, in medio versu novies in Iliade et quinquies in Odyssea; forma disyllaba, quae in fine versus septies, in medio versu ter in Iliade legitur, in Odyssea non invenitur. In promptu igitur esse videtur formam usitatiorem atque vetustiorem nostro loco restituere 1). Quod et auctoritate codicis *f* et eo, quod particula adversativa, quae matris minis viam aperit, desideratur, comprobari opinor. Formam correptam rhapsodo tribuere velim.

IV 156/9

νῦν δέ σ' ὀίω
ἦ τάχ' ἀμήχανα δεσμὰ περὶ πλευρῇσιν ἔχοντα
Λητοίδου ὑπὸ χερσὶ διὲκ προθύροιο περήσειν,
ἦ σὲ λαβόντα μεταξὺ κατ' ἄγκεα φηλητεύσειν Ψ
φέροντα M

Variam lectionem et totum locum, qui editores et alios viros doctos adeo vexavit, ut diversissima ratione eum interpretari conati sint, recte diiudicari posse opinor, si quam Hermannus iam ingrediebatur viam longius persequamur. Qui solus sententiam ita constructam esse censuit, ut participium, quod ad Apollinem referebat, obiectum sit verbi *φηλητεύσειν*. Quod si acceperimus, facilius adverbium *μεταξύ* intellegetur. Hoc autem ipsum ab Hermanno paullo dissidere me cogit, cum apud *μεταξύ* participium praesentis expectandum esse videatur 2). Etiam alia de causa *φέροντα* genuinum

---

1) Quod attinet ad Hymnos, utraque forma in eo qui est in Mercurium solo reperitur, sc. vs. 282 *ἦ σε μάλ' οἴω* et 438 *διακρινέεσθαι ὀίω*. Cf. in hymno Apollineo vs. 342 (h. e. in fragmento inserto!) *ὀίετο γὰρ τελέεσθαι*. Apud Hesiodum *οἴω* tantum occurrit, idque semel, sc. Scut. 111.

2) Ita enim non solum apud Atticos, sed etiam apud Herodotum (II 158 *μεταξὺ ὀρύσσων ἐπαύσατο*) adhiberi solet, cf. Kuehneri et Gerthii Gr. Gr. vol. II p. 83 ann. 4. Xenophontis verba Anab. III. 1. 27 *μεταξὺ ὑπολαβὼν ἔλεξε* paullo aliter se habere patet. Hanc autem dictionem, quae apud scriptores tantum prosae orationis occurrit, cum e sermone cotidiano sumpta esse videatur, a poeta qualis est noster usurpatam esse expectare nobis mea opinione licet.

puto 1), sc. quod λαβόντα tamquam glossam ad φέροντα adscriptum, non per hoc illud explicatum esse verisimile est 2). Reliquum est κατ' ἄγκεα, quod ceteri ,,per saltum" significare sumunt, quam sententiam in Hermanni interpretationem male quadrare liquet. Num vero κατ' ἄγκεα per ,,mediis in ulnis" verti posse ei assentiendum sit, valde dubito, praesertim propter κατά illud. Unde deliberandum mihi videtur, liceatne per coniecturam scribere μετ' ἀγκάσι 3).

Vs. 159 si ita explicatur, uti supra factum est, vss. quoque praecedentes talem in modum explanandi sunt, ut sententia, quam in vs. 159 inesse sumpsimus, ex iis sequi possit. Cum eis autem facio interpretibus, qui Maiam iratam atque exasperatam filium suum malitiam alteram ex altera commissurum exspectare volunt, ita ut vs. 159 climax quae dicitur efficiatur. Unde sequitur ἤ....ἤ legendum atque vss. 157/8 eo consilio scriptos esse, ut lectorem vel potius auditorem de summa Mercurii nequitia praemoneant. Quod sane non faciunt, si usitata interpretatio recta aestimanda est, qualem legimus apud Baumeisterum: ,,ab Apolline te abreptum iri arbitror" vel apud Gemollium: ,,Jetzt glaube ich, dass du.... gebunden aus

---

1) Hanc lectionem simul iam protraxerunt editores Britanni et v.d. Radermacher (in Philologi vol. LXIII 1904 p. 4), hic intransitive (sc. ,,Mercurium se ferentem") interpretatus, quod si acciperemus, adverbium μεταξύ explanatione indigere videretur, illi verbo significationem rapiendi tribuentes, quod et ταυτολογίαν cum verbo φηλητεύσειν efficit et adverbium μεταξύ inexplicatum relinquit; neque enim nobis cum iis per vim adverbio significationes ,,by whiles" vel ,,meanwhile" imponere libebit. Ceterum quo modo altera lectio orta sit non indicare conati sunt.

2) Cf. e.g. Hesych. φέρειν· λαμβάνειν, βαστάζειν, ὑπομένειν. Cum autem glossam aoristi forma praeberi mirum videatur, improbabile non duco lectorem quemdam studiosum e versu 293 παῖδα λαβὼν φέρε Φοῖβος Ἀπόλλων nostro loco λαβόντα in margine addidisse. Cuius rei etiam alia exempla inveniemus.

3) ἀγκάς enim adverbium nihil aliud esse nisi dativum plur. substantivi ἀγκών sumpsit v. d. J. Schmidt in Kuhnii Annal. vol. XXV 1898 p. 39, cum apud Homerum itemque apud Theocritum VIII 55 semper ante vocalem positum sit. Cui assensus est v. d. A. Debrunner in Goett. Gel. Anz. vol. CLXXII 1910 p. 10 coll. Oppiani Hal. II 315 κοῦρον....δειρῇ τε καὶ ἀγκάσιν ἐμπεφυῶτα γειναμένης et Stratonis Ep. in Anth. Pal. XII. 200. 3 ἐν ἀγκάσι. — Ad μετά conferas vsm. 295 ἀειρόμενος μετὰ χερσί.

dem Hause wandern wirst". Hanc igitur versionem proponere velim: „nunc profecto te arbitror etiam firmissimis vinclis obstrictum ex Apollinis manibus per vestibulum elapsurum esse 1), vel ei cum maxime te ferenti aliquid ablaturum".

IV 163/5 *μῆτερ ἐμή, τί με ταῦτα τιτύσκεαι ἠύτε τέκνον*
νήπιον, ὃς μάλα παῦρα μετὰ φρεσὶν αἴσυλα οἶδε,
ταρβαλέον, καὶ μητρὸς ὑπαιδείδοικεν ἐνιπάς; Ψ
164 *νήπιον, ὃς μάλα πολλὰ ἐνὶ φρεσὶν ἄρμενα οἶδε* M

Omnes editores praeter Ruhnkenium et Wolfium lectionem vulgatam servasse valde miror, cum *αἴσυλα* in hoc contextu intellegere plane non possim. Quid enim poetam, qui matrem hisce verbis filium suum increpantem fecerit: „quid me his terrere cogitas, tamquam puellum, in nequitiis nondum satis exercitatum", ut Ilgenii versione utar, sibi voluisse censeamus? Poeta contra Maiae vituperationem nos ita intellegere voluisse mihi videtur, ut ea matrem pro filio anxiam, quem iam magis magisque depravatum iri 2) expectat, depictam videremus. Ad quae puellus respondens eam rogat: „quid me tamquam puellum ineptum tractas, qui nitide se gerere nondum potest?" Cui descriptioni, in quam *αἴσυλα* minime quadrare manifestum est, opponuntur ea, quae ad maiorem suam atque matris gloriam facere in animo habet. Ruhnkenii igitur coniecturam *αἴσιμα* accipere velim, quae non solum loco *ξ* 433 *περὶ γὰρ φρεσὶν αἴσιμα ἤιδη*, sed etiam *β* 231 (= *ε* 9) *μηδὲ φρεσὶν αἴσιμα εἰδώς* 3) defendi potest. Neque, quod attinet ad lectionem vs. *Υ* 202 *ἠμὲν κερτομίας ἠδ' αἴσυλα μυθήσασθαι*, quo nostrum locum confirmare

---

1) Haud aliter enim legimus vs. 271

παῖδα νέον γεγαῶτα διὰ προθύροιο περῆσαι,

neque *περήσειν* passive adhiberi posse opinor. Ad *ὑπὸ χερσί* (e manibus) fortasse comparare licet *N* 88 *ὑπ' ὀφρύσι δάκρυα, λεῖβον*, *Λ* 121 *ὑπ' Ἀργείοισι φέβοντο*, *Σ* 244 *ἔλυσαν ὑφ' ἅρμασιν ὠκέας ἵππους*.

2) Eo, quod eum ad malitias aptum credit, quas puer humanus nunquam committeret, parodia efficitur.

3) Hoc loco *σκηπτοῦχος βασιλεύς* dicitur *φρεσὶν αἴσιμα εἰδώς* non esse, quod in hymno fortasse in parodiam deflectitur. — Animadvertendum est versu sequenti *αἴσυλα* adhibitum esse, quod hinc in margine hymni adiectum corruptelam forse provocavit.

solent 1), certum scio, an ibi quoque αἴσυλα in αἴσιμα corrigendum sit, uti voluerunt Duentzer et Leaf 2).

Πολλά quod exhibet M 3) me non intellegere fatendum mihi est, neque tamen editores Britanni ita explicaverunt, ut fidem mihi faciant. Lectionis enim Ψ, quam αἴσυλα servato verbis vertunt hisce: „like a child who knows few words of blame", ἄρμενα contrarium esse contendunt, qua de causa πολλά pro παῦρα substituendum esset 4). Quae dictio corruptissima mihi videtur. Αἴσυλα contra si non iniuria in αἴσιμα correctum est, de sola αἴσιμα—ἄρμενα varia lectione agi atque πολλά ex παῦρα depravatum esse 5) opinor.

Ἄρμενα, quod apud Homerum non nisi significatione propria occurrit 6), in Scuto Herculis vs. 116 iam translate adhibitum invenimus: μάλα γάρ νύ οἱ ἄρμενα εἶπεν; cf. etiam Pind. Ol. VIII 73 ἄρμενα πράξαις. Cum autem noster, uti vidimus, exempla Homerica secutus sit, αἴσιμα germanum, ἄρμενα subditivum, a rhapsodo sc. ortum 7) censeo.

IV 168 ἀδώρητοι καὶ ἄπαστοι Ω
ἄλιστοι sscr. *xp*

Haud iniuria Schneidewinus, quem secuti sunt Baumeister, Gemollius, editores Britanni, lectionem suprascriptam restituisse mihi

---

1) De τιτύσκεαι, quod Piersonus Υ 201 secutus in δεδίσκεαι mutavit, nunc agere meum non est.

2) Mirum in modum legitur β 158/9 ἐκέκαστο
ὄρνιθας γνῶναι καὶ ἐναίσιμα μυθήσασθαι,
quod cum quae fato, αἴσηι, destinata sunt significet, haud scio an huc non pertinere censendum sit.

3) Variam lectionem β 245 παύροισιν pro vulgata πλεόνεσσι, quae fortasse e contextu male intellecto orta sit, huc non pertinere patet.

4) „M's reading πολλὰ. . . .ἄρμενα would imply much the same thing conversely."

5) Quod post μάλα nihil miraremur. — ἐνί quamquam non prorsus reiciendum videtur, tamen neglegentiae codicis M attribuere velim (cf. supra pp. 78, 87), cum poetam epicum seriorem talem hiatum admisisse verisimile non sit. Cf. vsm. 259. Codex tamen Ψ V 247 μετ' pro ἐν exhibet, quod metri causa ferri nequit.

6) Σ 600 τροχὸν ἄρμενον ἐν παλάμηισι, ε 234 πέλεκυν μέγαν ἄρμενον ἐν παλάμηισιν, cf. nostrum vs. 110.

7) Monendum est ἄρμενα εἶπεν eundem versus locum obtinere.

videtur, cum ἄπαστοι post ἀδώρητοι tautologiam quandam efficiat; neque quod sumendum nobis est poetam formam per unum λ scriptam adhibuisse obstare liquet collatis locis quales sunt Π 46, 47, β 210, θ 344, κ 526, λ 34, μ 53, 163, ξ 406, ubi ante λ vocalis brevis non producitur. Unde autem lectio ἄπαστοι orta esse possit, quam corruptelae tribuere nolim, diiudicare non possum. Haec vox, quae apud Hesiodum non invenitur, apud Homerum de hominibus tantum usurpatur, uti Penelope δ 788 iacere dicitur ἄσιτος, ἄπαστος ἐδητύος ἠδὲ ποτῆτος, quod in deam transtulit poeta Hymni qui est in Cererem. Hoc tamen ad nostrum locum pertinere non potest. Rhapsodus fortasse quidam maiore quam solita licentia textum interpolasse censendus est.

IV 183 *υἱός τ' αἰγιόχοιο Διὸς καὶ πότνια Μαῖα* Ψ
μήτηρ M

Quamvis utraque lectio genuina esse possit, cum omnibus tamen editoribus lectionem codicis Ψ praeferendam puto, cum improbabile non sit librarium codicis M vel eius proavi creberrimam versus clausulam *πότνια μήτηρ* ex Homero huc inseruisse. Quod eo facilius fieri potuit, quod *μαῖα* fortasse pro compendio $\overline{\mu\eta\rho}$ habuit. Accedit, quod

υἱός τ' αἰγιόχοιο Διὸς καὶ πότνια μήτηρ

obscurior videtur dictio.

IV 202 *ὦ φίλος, ἀργαλέον μὲν ὅσ' ὀφθαλμοῖσιν ἴδοιτο*
πάντα λέγειν Ψ
ἴδοιμι M

Lectionem stirpis Ψ servandam esse nos docet constructio rara subiecti, ut ita dicam, indefiniti, quam tuentur editores Britanni exemplis idoneis 1). Ceterum haec dictio magis seni cauto congruere videtur.

Varia autem lectio, quamquam pro certo non habeo, antiquitus orta esse nobis videbitur, si memoria tenemus varietatem illam, quae invenitur Hesiod. Op. vs. 291

1) Cf. etiam Kuehneri et Gerthii Gr. Gr. vol. I p. 35 g.

μακρὸς δὲ καὶ ὄρθιος οἶμος ἐς αὐτὴν
καὶ τρηχὺς τὸ πρῶτον· ἐπὴν δ' εἰς ἄκρον ἵκηται
ῥηιδίη δὴ ἔπειτα πέλει,

ubi codices ἵκηται scribunt, scriptores antiqui ἵκηαι 1).

IV 212 φῆ ῥ' ὁ γέρων· ὁ δὲ θᾶσσον ὁδὸν κίε Φοῖβος Ἀπόλλων Ψ
μῦθον ἀκούσας
M,x in mg.

Non solum μῦθον ἀκούσας clausulam versus poeta ex Iliade 2) desumpsit, sed etiam initium, cf. *X* 77 ἦ ῥ' ὁ γέρων, Priamus sc. frustra filium Hectorem prohibere conatus, ne supremum contra Achillem certamen iniret. Miramur poetam hunc versum in auditorum memoriam revocasse, quod si parodiae causa fecit, sacrilegium paene esset. Hoc tamen ad rem nostram non attinet. In tali autem versu e variis formulis Homericis concocto rhapsodos recitantes facile partem quandam immutasse patet, ita ut haud semper dicere possis, quamnam formulam ipse poeta sibi delegerit. Nostro loco Φοῖβος Ἀπόλλων cum post ὁ δέ et ante ἄναξ Διὸς υἱὸς Ἀπόλλων vs. 215 abundet, hanc lectionem esse deteriorem apparet, quamquam eam antiquitus ortam esse haud improbabile duco.

IV 224 οὔτε τι κενταύρου λασιαύχενος ἔστιν ὁμοῖα Ψ
ἔλπομαι εἶναι M

Varietatem ad finem tantum versus pertinere opinor, neque ullo modo fieri posse, ut umquam ταύρου lectum sit, —sive κεν ad ἔλπομαι sive ad εἶναι referas —, quod in textum recepit Matthiae, Hermannus autem prorsus reiecit. Nam post homines, deinde feras enumeratas animali cuidam fabuloso, non domestico locus est.

Utra autem lectio germana sit, me diiudicare non posse confiteor. In ea, quam praebet Ψ, genetivum cum voce ὁμοῖα coniunctum miramur, cuius rei exempla tantum dubia exstant 3); neque magis

1) Cf. quae monet Wilamowitzius v. cl. ad locum: „An sich ist ἵκηται ohne ausgesprochenes Subjekt auch gut und gewiss sehr früh gesetzt, wenn die Sentenz als solche angeführt ward."

2) *Γ* 76 = *H* 54, *P* 694, *T* 185, cf. μῦθον ἀκούων *Ω* 632, apud nostrum 280.

3) Cf. Kuehneri et Gerthii Gr. Gr. vol. I p. 413 ann. 10, qui unum certum adferunt ex Aelian. H. A. VIII 1 τέτταρας ὁμοίους ἐκείνου κύνας ἔδωκέν οἱ.

confirmatur eo, quod docet Thomas Magister s.v. ὅμοιος, sc. ὅμοιον τῶι δεῖνι, καὶ ὅμοιον τοῦ δεῖνος. Ἡρόδοτος ἐν τῆι τρίτηι (III 37)· ἔστι δὲ καὶ ταῦτα ὅμοια τοῦ Ἡφαίστου 1), ὡσαύτως τὸ ἴσον τῶι δεῖνι, καὶ ἴσον τοῦ δεῖνος. Quamquam negare nolim fieri posse, ut ὁμοῖος cum genetivo adhibitum sit 2) atque ob id ipsum concludendum nobis sit ita ipsum poetam cecinisse. Eadem fortasse de causa rhapsodi alteram lectionem substituerunt, quae quin antiquitus orta sit non dubito. Utut res se habet, manifesto apparet, quanta licentia declamatores in duobus ultimis praesertim pedibus (cf. III 363, 447, IV 156, 164, 212, V 214) textus tractare sint soliti 3).

IV 240/1 ἐν δ' ὀλίγωι συνέλασσε κάρη χεῖράς τε πόδας τε
δή ῥα νεόλλουτος προκαλεύμενος ἥδυμον ὕπνον Ω
θῆρα νέον λοχάων προκαλεύμενος ἡδύ x in mg.

Postquam Barnesius et Hermannus δή correxerunt in φή, nihil obstare mihi videtur, quin lectionem vulgatam accipiamus 4). Immerito enim νεόλλουτος Matthiam et Gemollium offendisse opinor, qui cur per „recens natus" interpretentur non video; puellum postquam lautus est dormitare nihil miramur. Ad participium cf. in Anacreonteis 15. 25 χεῖλος προκαλούμενον φίλημα et quae dicuntur δικέλλῃι cuidam apud Lucian. Tim. 41 καὶ μὴ κάμῃις ἐκ τοῦ βάθους θησαυρὸν ἐς τοὐμφανὲς προκαλουμένη.

Quid autem lectio marginalis sibi velit, prorsus non intellego.

---

1) Ita codd. ABC, ἔστι γὰρ καὶ ταῦτα ὅμοια τοῖσι τοῦ Ἡφαίστου RSV, et codex ille Mureti, nunc Vatic. Gr. 2369, qua de lectione humanissime per litteras certiorem me fecit v. d. ac rev. J. Mercati.

2) Neque enim eo quod vult V. H. Koch in Ebelingi Lex. Hom. s.v. βήμασι cogitatione supplendum esse, neque coniectura quam proposuit K. Kuiper in Mnemos. N. S. vol. XXXVIII 1910 p. 29 ann. 2

οὔτε τι κενταύρους λασιαύχεσίν ἐστιν ὁμοῖος
ὅστις τοῖα πέλωρα βιβᾶι κτλ.

opus esse mihi videtur.

3) Monendum est praeter Hermannum omnes editores ἔλπομαι εἶναι praetulisse.

4) An ex eo, quod grammatici in scholiis A ad *B* 144 et Ξ 499 φή Homericum esse strenue negant (ὁ ποιητὴς οὐδέποτε οἶδε τὸ φή ἀντὶ τοῦ ὡς, οἱ δὲ μετ' αὐτόν, ὥσπερ Ἀντίμαχος καὶ οἱ περὶ Καλλίμαχον), concludere licet nostrum id adhibuisse?

Vocabula cum per se sensu non careant, reputavi, num e carmine quodam, quod de venatione agebat, desumpta syllabarum et numerorum concentus gratia a lectore in margine adscripta sint. Quod tamen valde dubium mihi quoque videtur.

IV 254 ὦ παῖ, ὃς ἐν κλίνῃ κατάκειαι *fx*
λίκνῳ M*p*,*x* in mg.

Haud dubie λίκνωι, cum lectio sit rarior, germanam, κλίνηι glossam vocare licet, quae quo tempore orta sit in medio relinquere velim; cf. supra p. 57. *Λίκνον*, quae vox neque apud Homerum neque apud Hesiodum occurrit atque apud ceteros raro invenitur, a nostro iam adhibitum est vss. 21 et 63 ἱερῶι ἐνὶ λίκνωι.

IV 259 ὀλίγοισιν ἐν ἀνδράσιν ἡγεμονεύων Ψ
ὀλίγοισι μετ' M

Quid ipse poeta scripserit, quid rhapsodus, diiudicari non posse manifestum est; neque video, qua de causa Baumeister ἐν malum esse censeat; nihilo magis Matthiae concedendum puto ἐν e dittographia ultimae syllabae praecedentis vel primae sequentis ortum esse collata simili varietate Λ 470, ubi codices AD dett. nonnulli μή τι πάθησιν ἐνὶ Τρώεσσι μονωθείς, libri autem BC deterioresque alii μετὰ praebent.

IV 280 ἄλιον τὸν μῦθον ἀκούων *fx* in mg.
ὡς M*x*
ὡς τὸν *p*

τόν germanum esse Hermannus coll. *E* 715

ἦ ῥ' ἄλιον τὸν μῦθον ὑπέστημεν Μενελάωι

statuit. Cum Baumeistero tamen dolemus, quod quo modo hanc lectionem explanatam vellet, copiosius non exposuit. *Μῦθον* autem ad Mercurii ipsius verba praecedentia referendum esse unus Baumeister quin recte viderit nullus dubito, quamquam de verbo ἀκούων, quod corrigendum putabat, cum eo dissentio. Audivit enim ipse deus maleficus orationi suae sonum mendacii latentem subesse, quem Apollinem fratrem haud fugere optime intellexit. Quod cum non perspiceret lector aliquis, ὡς nescio quo tempore adscripsit. Est

haec interpretatio vel correctio eiusdem generis quales invenimus ad IV 159 et alibi, cf. p. 57.

IV 287 κρειῶν ἐρατίζων Ψ
μήλων M

Lectionem codicis M neglegentiae librarii tribuendam esse persuasum habeo, cuius oculo aberranti in fine versus proximi μηλοβοτῆρας, versus sequentis μήλων se obtulit. Cui corruptioni litteras κ et μ inter se confusas ansam dedisse reor. De antiqua varietate plane non agitur.

IV 288 ἀντήσεις ἀγέλῃσι βοῶν καὶ πώεσι μήλων Ω
ἄντην βουκολίοισι καὶ εἰροπόκοις ὀίεσσιν x in mg.
(ἀντᾶις Baum., ἀντῆις Gem.).

Postquam varia haec lectio e Keilii collatione codicis L_1 innotuit, editores eam vulgatae semper praetulerunt, Baumeister hanc „nil esse nisi glossam ex Homeri locis Λ 678

πεντήκοντα βοῶν ἀγέλας, τόσα πώεα οἰῶν,

et μ 129

ἑπτὰ βοῶν ἀγέλαι, τόσα δ' οἰῶν πώεα καλά

conflatam" existimans 1), Gemollius (p. XIII) vulgatam scribis Byzantinis attribuendam esse ratus, qui inconcinnitati cuidam lectionis sibi traditae obviam ire voluerint, Britanni tandem, quamquam lectionem variam in textum receperunt, utra germana sit diiudicari non posse contendentes 2). Ego cum Hollandero l.c. facio, qui, quamvis utra lectio ab ipso poeta originem ducat in medio relinquat, ambas lectiones antiquitus ortas esse censet. Cum tamen βουκολίοισι uti vidit Hollander non sit vox Homerica, recte editores lectionem variam praetulisse mihi videntur 3). Quae cum versus Hesiodeos Theog. 445 sq. ab eodem Hollandero laudatos

βουκολίας τ' ἀγέλας τε καὶ αἰπόλια πλατέ' αἰγῶν
ποίμνας τ' εἰροπόκων ὀίων

1) Hollander handschr. Ueberl. p. 27 confert δ 413 νομεὺς ὣς πώεσι μήλων; etiam afferre posses Hesiod. Op. 786 ἐρίφους τάμνειν καὶ πώεα μήλων.

2) „It is hard to see how one is preferable to the other."

3) Quod nescio an confirmetur versu Theocriteo XXV 13

αὐτὰρ βουκολίοισι περιπλήθουσί περ ἔμπης
πάντεσσιν νομοί.

imitaretur, rhapsodos ita eam mutasse, ut species Homerica magis servaretur, improbabile non habeo.

IV 289 ἀλλ' ἄγε, μὴ πύματόν τε καὶ ὕστατον ὕπνον ἰαύσῃς Mxp
τε om. *f*

Hoc loco codices Mxp sequi velim, cum πύματόν τε καὶ ὕστατον formula Homerica sit usitata (*X* 203, *υ* 116, eodem versus loco). Lectionem codicis *f* ἀβλεψίαι scribae deberi verisimile est coll. locis neglegentia corruptis, quales sunt III 86, 244, IV 572, vide conspectum pp. 30 sqq.; τε V 82 omissum aliter se habere liquet.

IV 312 δὸς δὲ δίκην καὶ δέξο παρὰ Ζηνὶ Κρονίωνι Mfx
δέξαι πὰρ *p*

Editores formam antiquissimam δέξο in textum receperunt, quae apud Homerum semel tantum occurrit, sc. *T* 10, neque multo crebrius inveniuntur, quae sunt eiusdem generis λέξο *Ω* 650, ὄρσο *Δ* 204, *E* 109, *Ω* 88, *η* 342, *χ* 395 1). Mihi quoque nostro loco ita scribendum esse videtur, praesertim cum in dictione illa, qua verba διδόναι et δέχεσθαι coniunguntur, formam pervetustam servatam esse verisimile sit. Alteram lectionem a rhapsodis ductam velim.

IV 322 αἶψα δὲ τέρθρον ἵκοντο θυώδεος Οὐλύμποιο Mfx
δ' ἵκοντο κάρηνα *p*,*x* in mg.

Τέρθρον quamquam hac significatione adhibitum alibi non occurrit 2), vel potius ob id ipsum quin lectio genuina sit, haud dubito. Neque intellegi posse opinor, quo modo oriri potuerit, si sit δ' ἵκοντο κάρηνα lectio authentica. Hanc autem a rhapsodis inventam esse pro certo habeo 3).

---

1) Cf. D. B. Monro Homeric Grammar[2] § 40.

2) Fieri posset etiam, ut τέρθρον significatione finis acceptum vellet poeta, ut τέρθρον Οὐλύμποιο esset dictio, qualis est τέλος θανάτοιο. Ita tamen rem se habere non arbitror, cum voci τέρθρον subsit notio acuminis, cf. apud v. d. E. Boisacq Lex. Et. s.v.

3) Cum Mfx legerunt Ruhnkenius (Ep. Crit. I[2] p. 41), Ilgenius, Matthiae (in ed.), editores Britanni; lectionem variam praetulerunt Matthiae (in animadv. p. 270), Hermannus, Baumeister, Gemollius.

IV 325/6 ἀθάνατοι δὲ
ἄφθιτοι ἠγερέθοντο ποτὶ πτύχας οὐλύμποιο Ω
μετὰ χρυσόθρονον ἠῶ x in mg.

Hoc loco lectionem marginalem cum Baumeistero, Gemollio, editoribus Britannis tamquam ad ipsum poetam redeuntem restituere velim 1), cum vulgata, uti vidit Baumeister, ex Λ 77 desumpta huc illata esse videatur, quod a rhapsodis factum esse puto, sive quod μετὰ χρυσόθρονον ἠῶ dictionem censerent inusitatam, sive quod haec verba vss. 184/5 obloqui putarent 2). Hoc tamen haud iure putasse videbuntur reputanti deos congregari, dum Apollo fratrem quaerebat atque producebat. Deos enim iudicium praesensisse poeta voluit.

IV 339 ἀνδρῶν, ὁπόσοι λησίμβροτοι εἶσ' ἐπὶ γαίηι Ψ
γαῖαν M

Allenius v. d. in Journ. of Hell. Stud. vol. XV 1895 p. 290 accusativum defendit coll. δ 417, η 332, ρ 386, ψ 371. Cf. etiam hymn. XXV 3

ἄνδρες ἀοιδοὶ ἔασιν ἐπὶ χθονὶ καὶ κιθαρισταί,

quem versum codices Hesiodi Theog. 95 cum accusativo exhibent. Nostro loco quid legendum sit diiudicari non posse nihil miramur.

IV 352 ψαμάθοιο μέγαν στίβον ἐξεπέρησεν Ψ
πολὺν M

Quamquam στίβον concedo πολύν vocari non posse, rem tamen paullo aliter aestimabis, si dictio ψαμάθοιο μέγαν vel πολὺν στίβον per hypallagen explicatur, ut adiectivum ad ψαμάθοιο potius quam ad στίβον referatur. Quod si facimus, ad μέγαν conferre licet B 209

ὡς ὅτε κῦμα πολυφλοίσβοιο θαλάσσης
αἰγιαλῶι μεγάλωι βρέμεται

H 462 αὖτις δ' ἠιόνα μεγάλην ψαμάθοισι καλύψαι,

ad πολύν autem ξ 135

---

1) Editores praecedentes eam ignorabant.

2) Cf. quae disserit K. Kuiper in Mnemos. N. S. vol. XXXVIII 1910 pp. 11 sqq.

ὀστέα δ' αὐτοῦ
κεῖται ἐπ' ἠπείρου ψαμάθωι εἰλυμένα πολλῆι
μ 45 πολὺς δ' ἀμφ' ὀστεόφιν θὶς
ἀνδρῶν πυθομένων.

Utramque lectionem antiquis temporibus ortam esse puto, cum πολύν e μέγαν corruptum esse verisimile non videatur neque in versu priore vel sequenti vocabulum sit, ex quo corruptum huc se insinuare potuerit; utra autem ad ipsum poetam redire censenda sit, non dispicimus 1).

IV 366 Ἑρμῆς δ' αὖθ' ἑτέρωθεν ἀμειβόμενος ἔπος ηὔδα Ω
Ἑρμῆς δ' ἄλλον μῦθον ἐν ἀθανάτοισιν ἔειπεν x in mg.

Cum apud Homerum memoria verborum, quibus oratio respondentis significari solebat, minime stabilis esset 2), hoc quoque loco talem varietatem occurrere nihil miramur. Lectionem autem marginalem, quam a formulis et dictionibus Homericis minime pendere 3) appareat, ipsi poetae, vulgatam contra, quam ex hemistichio *O* 501 Αἴας δ' αὖθ' ἑτέρωθεν et clausula tritissima constare vidit Baumeister, rhapsodis tribuere in promptu est 4).

IV 368 ἀληθείην καταλέξω Ψ
ἀγορεύσω M

Eandem varietatem apud Homerum occurrere recte monet v. d. Allenius l.c. p. 291, qui laudat *K* 384, 413, 427. Cum autem cum voce ἀληθείην verbum καταλέγειν coniungere soleret Homerus, hoc nostro quoque loco praeferendum videtur.

IV 397/8 τὼ δ' ἄμφω σπεύδοντο Διὸς περικαλλέα τέκνα

1) Eiusdem sententiae est v. d. Allenius l.c. Editores omnes lectionem codicis M neglexerunt.

2) Vide lectiones varias quas laudat v. d. Allenius l.c. p. 302.

3) Nisi casui tribuere vis, quod versus noster similis videtur verbis, quae *H* 358 leguntur

οἶσθα καὶ ἄλλον μῦθον ἀμείνονα τοῦδε νοῆσαι.

De formula saltem usitata non agitur.

4) Iniuria igitur editores Britanni in commentario monere opinor: „There is no peculiarity in either version to give it a distinct preference."

ἐς Πύλον, ἠμαθόεντα δ' ἐπ' Ἀλφειοῦ πόρον ἶξον *fx*
σπεύδοντε om. δ' Mp

Lectionem quam exhibent *fx* errore librarii codicis Ψ ortam esse opinor, qui cum falso σπεύδοντο scripsisset, δ' inserendum putarit, quo simul hiatum vitaret, servata tamen, ut videtur, in margine vel potius supra lineam voce σπεύδοντε, quam scriba apographi *p* restituit. Rem comprobat M. Errorem autem esse manifesto arguit collocatio particulae δέ, quae ἠμαθόεντα ad πόρον referre nos cogat, cum ad Πύλον pertinere pernotum sit 1).

IV 401 κιὼν παρὰ λάινον ἄντρον Ψ
ἐς M

Miror editores hoc loco omnes lectionem codicis Ψ in textum recepisse 2), cum Mercurium antrum praeterire non expectemus. Codicem M igitur recte ἐς nobis servasse opinor. Unde tamen παρά ortum sit, intellegere non possum. Lectio varia mihi videtur non esse antiqua; insertam esse, ut ἐς repetitum vitaretur, verisimile est.

IV 403 Λητοίδης δ' ἀπάτερθεν ἰδὼν ἐνόησε βοείας Ψ
ἀπάνευθεν M

Cum poetam hoc loco vsm. *P* 198

τὸν δ' ὡς οὖν ἀπάνευθεν ἴδεν νεφεληγερέτα Ζεύς

memoria tenuisse verisimile sit, lectionem codicis M ei attribuendam esse duco; alteram rhapsodos substituisse nos docet eadem varietas *E* 445. Editores vulgatam omnes in textum receperunt.

IV 404 πέτρηι ἐπ' ἠλιβάτωι Ψ
γαίηι κατ' M

Hanc lectionem e glossa ortam esse puto, quae ad πέτρηι adscripta esset, ut a voce πέτρος distingueretur. Κατ' per confusionem fortasse praepositionum explicare licet, quam saepius in hoc libro iam observavimus, cf. supra pp. 78, 87, 91 ann. 5.

1) Cf. ω 152, hymn. III 398, 424. Plerumque haec formula in exitu versus invenitur.

2) Solus Matthiae in Animadv. p. 283 ἐς legit; quaesite in commentario inter αὔλιον et ἄντρον distinxit, quae hoc loco idem esse patet. Neque παρά defendi posse locis a Gemollio allatis opinor Σ 576 ἐπεσσεύοντο πὰρ ποταμόν et Φ 491 ἔθεινε παρ' οὔατα. Cf. etiam Kuehneri et Gerthii Gr. Gr. vol. I p. 512.

IV 411 ἐμβολάδην ἐστραμμέναι ἀλλήλησι Ψ
ἀμβολάδην M

Recte Baumeisterum, Gemollium, editores Britannos 1) lectionem codicis Ψ praetulisse opinor, non solum quod est ἅπαξ εἰρημένον, sed etiam quia ἀμβολάδην hic adhiberi non poterat 2). Duabus enim tantum significationibus adverbium hoc usurpatum fuisse videtur, ita ut terminus technicus vocari posset, de aqua sc. fervente (Φ 364, Herodot. IV 181 i. f., translate Anth. Pal. X. 70.2) et de carmine cui praeluditur (apud nostrum vs. 436, Pind. Nem. X 33). Discrepantia igitur solitae codicis M neglegentiae adscribenda videtur, quamquam similitudinem inter αὐτόθεν ἐμβολάδην et παντόθεν ἀμβολάδην valde miramur.

IV 431 καὶ ὡς γεγάασιν ἕκαστος Ψ
ἅπαντες M

Comparare licet varias recensiones (antiquas, ut videtur), quibus vs. ρ 177 nobis traditur: οἱ δ' ἀνστάντες ἔβαν πείθοντό τε μύθωι (vulg.), οἱ δ' ἄρα πάντες ἔβαν πείθοντό τε μύθωι (Pal.), οἱ δ'ἀνστάντες ἔβαν οἶκον δὲ (vel ποτὶ οἶκον) ἕκαστος (cet.), itemque ξ 87 ἔβαν οἰκόνδε νέεσθαι (vulg.), ἔβαν οἰκόνδε ἕκαστος (Laur. 32. 24, dett.), unde sequitur rhapsodos talem versus clausulam maxima licentia declamare solitos fuisse, neque constitui posse, utra sit nostro loco primaria. Quamquam enim poeta noster eiusdem vocis iterationem vitare plane non conatus est, cf. χειρός 418/19, κιθαρίζων 423/25, ἐρατή 421/23/26, λάχε 428/30, ἐγέραιρε 429/32, similia 3), necessario tamen sequi mihi non videtur eum hoc quoque loco ἕκαστος bis cecinisse, neque concludere licere opinor rhapsodos ea de causa alteram lectionem substituisse, cum eiusmodi iteratio eis offensioni fuisse non videatur.

---

1) Cf. etiam quae dicit Robertus in Hermae vol. XLI 1906 p. 412 ann. 1: „. . . .ἀμβολάδην, was Φ 364 von dem aufsprudelnden Wasser steht, aber ἐμβολάδην ist entschieden richtig".

2) Fortasse e versu 426 huc se insinuavit.

3) Cf. quae monet in libri, qui agit de Aristarchi Studiis Homericis, ed. tert. Lehrsius pp. 450 sqq.

IV 451 τῆισι χοροί τε μέλουσι καὶ ἀγλαὸς οἶμος ἀοιδῆς Ψ

ὕμνος M,x in mg.

οἶμος cum neque ab Homero neque ab Hesiodo translate usurpatum sit, verisimile duco poetam nostrum hoc loco primum hanc vocem ita adhibuisse, quod rhapsodi ad vs. θ 429

δαιτί τε τέρπηται καὶ ἀοιδῆς ὕμνον ἀκούων

exemplum mutandum censuerunt. Accedit, quod poetae epici cum hemistichia, formulas, clausulas, dictiones Homericas mutuarentur, ordinem verborum, ut videtur, servare solebant 1). Editores praeter Baumeisterum et Gemollium textum vulgatum praetulerunt.

IV 453 ἀλλ' οὔ πώ τί μοι ὧδε μετὰ φρεσὶν ὧδε μέλησεν Ψ

ἀλλ' οὔ πώ τί μοι ὧδε μετὰ φρεσὶν ἄλλο μέλησεν M

His ex recensionibus alteram concludo fuisse, quam praebet M, alteram hoc verborum ordine confectam:

ἀλλ' οὔ πώ τί μοι ἄλλο μετὰ φρεσὶν ὧδε μέλησεν 2).

E quibus neutra alteri praeferenda esse videtur. Ceterum ex Homero vel Hesiodo talis verborum permutationis exempla afferre non possum.

IV 456 κλυτὰ μήδεα οἶδας Ψ, οἶσθα M

Recte editores (praeter Ilgenium) οἶδας, quod est Ionicum 3), servare mihi videntur. Rhapsodis formam mere Homericam substituere in promptu erat. Non enim lectionem codicis M scribae tribuendam duco, quamquam eum Iliadem quoque descripsisse haud ignoro.

IV 468 θαάσσεις Ψ, θοάσσεις M.

Haec codicis M varia lectio nisi scribae neglegentiae attribuenda

1) Neque fragmentum illud dubium Hesiod. 265 Rz³.

μέλπομεν, ἐν νεαροῖς ὕμνοις ῥάψαντες ἀοιδήν

neque vocabulum οἴμη, quod in Odyssea primum occurrit, ad nostrum locum pertinere opinor.

2) Eandem sententiam Hermannum in commentario iam protulisse nunc video.

3) Cf. in Bechtelii libri de Dial. Gr. vol. III p. 211, qui α 337 θελκτήρια οἶδας tamquam antiquissimum exemplum citat.

est, fortasse corrupta est e lectione *θοάζεις*, quae aut tamquam glossa adscripta erat, aut a rhapsodis Athenis recitantibus substituta. Ex eis, quae dilucide egit v. cl. G. Schulze in Quaestionibus suis Epicis pp. 434 sq. de verbo *θαάσσειν* et aliis eiusdem radicis vocibus, mea quidem opinione efficere non licet forma *θοάσσειν* nostrum usum esse. Quae si umquam adhiberetur, in antiquissimis poeseos epicae partibus inveniremus, antequam accentus vi *a* prius vocalis sequentis dissimile factum est.

IV 473 *καὶ νῦν αὐτὸς ἔγωγε* *Ω*
τῶν *x* in mg.

Lectionem marginalem, quae ex Keilii collatione primum innotuit, in textum receperunt Gemollius et editores Britanni. Quae cum hunc versum melius cum praecedentibus coniungat, lectioni vulgatae longe praestare mihi videtur. Lectionem *καί* rhapsodo deberi opinor, qui versum, qualis est δ 151

καὶ νῦν ἦ τοι ἐγώ κτλ.

memoria tenebat 1), nisi vero alia explanatio praeferenda est, quam etsi dubitanter proponere velim. Nam reputavi mecum, an legendum sit

τῶν νῦν αὐτὸς ἔγωγε καὶ ἀφνειὸν 2) *δεδάηκα*

„istarum rerum nunc ego quoque magnam copiam (*ἀφνειόν* sc. adverbii loco habedum) didici", quibus verbis hilaris dei parvi superbia fratris fatidici gravitati opponeretur.

IV 478 *λιγύφωνον ἑταίρην* M*fpb*
γλυκύφωνον *a*

Cum lectiones marginales codicis *x* in libris $L_1\Pi$ in margine adscriptae, in libris autem ET plerumque in textum receptae occurrant 3), hoc quoque loco talem lectionem variam inveniri opinor, quam nunc scriba codicis *b* omisit. Quod eo verisimilius esse videtur,

1) Cf. h. Ap. 326 *καὶ νῦν τοὶ γὰρ ἐγὼ τεχνήσομαι*. Apud Homerum persaepe versus ab *καὶ νῦν* incipiunt, cf. in Ebelingi Lex. Hom. s.v. *νῦν* p. 1170, 9.

2) *παῖδ' ἀφνειὸν Ω*.

3) Vide supra p. 12.

quod γλυκύφωνος est vox, quae nusquam alibi reperitur 1). Pollucis autem verborum II 113 καὶ γλυκυφωνίαν ἂν φαίης, οὐκ ἂν γλυκύφωνον προσειπών rationem habere nolim. Lectionem variam ad ipsum poetam redire puto, alteram ad rhapsodos, qui vocem Homericam et Hesiodeam restituendam arbitrabantur, dictionum quales sunt μοῦσα λίγεια, φόρμιγγα λίγειαν (cf. 425 λιγέως κιθαρίζων) haud ignari. Ceterum operae pretium est monere Suidam adiectivum λιγύφθογγος per ἡδύφωνος explicare.

IV 481 καὶ ἐς φιλοκυδέα κῶμον M*fx*
φιλομειδέα *p*

Recte plerosque editores hanc lectionem discrepantem errorem scribarum habere opinor, qui, litteris minusculis μ et κ inter se confusis, itacismo facile potuit oriri. Neque concedendum est Matthiae φιλομειδέα aptum esse epitheton vocis κῶμος; poetam contra nostrum usum Homericum memoria tenentem hoc loco adiectivum adhibere neque potuisse neque voluisse opinor atque optime nova voce, quam ipse fortasse finxerit, comissationem descripsisse; cf. vsm. 375 τέρεν ἄνθος ἔχει φιλοκυδέος ἥβης.

IV 501/2 πλήκτρωι ἐπειρήτιζε κατὰ μέλος, ἡ δ' ὑπὸ καλὸν
ἱμερόεν κονάβησε, θεὸς δ' ὑπὸ μέλος ἄεισεν Ψ
πλήκτρωι ἐπειρήτιζε κατὰ μέλος, ἡ δ' ὑπὸ νέρθε
σμερδαλέον κονάβησε, θεὸς δ' ὑπὸ καλὸν ἄεισε M

ἱμερόεν, σμερδαλέον. Utra lectio poetae, utra rhapsodis debeatur, decerni non posse opinor, cum vss. 54 et 420 σμερδαλέον, Σ 570 autem

ἱμερόεν κιθάριζε, λίνον δ' ὑπὸ καλὸν ἄειδε

legatur. — Quod ad reliquam partem versuum 501/2 attinet, vocem μέρος in μέλος corruptam in libro Ψ confusio ceterorum secuta esse videtur: codex M rectam verborum seriem servavit.

IV 503 ἔνθα βόες μὲν ἔπειτα ποτὶ ζάθεον λειμῶνα Ψ
καί ῥα βόας μὲν ἔπειτα κατὰ ζάθεον λειμῶνα M

Lectionem variam καί ῥα, quam editores alto silentio praetereunt,

1) Excepto loco, quem exhibet novum Lex. Graeco-Anglicum, Schol. Pind. Ol. IV 4, ubi tamen γλυκύφωνος frustra quaesivi.

nonnulli tamen loci Homerici comprobant, ut *K* 332 *ὣς φάτο καί ῥ' ἐπίορκον ἐπώμοσε*, *A* 360, 500 *καί ῥα καθέζετο*, cf. in Ebelingi Lex. Hom. s.v. *ῥά* II 3 p. 257a, praesertim autem *ξ* 233

αἶψα δὲ οἶκος ὀφέλλετο καί ῥα ἔπειτα
δεινός τ' αἰδοῖός τε μετὰ Κρήτεσσι τετύγμην.

Si tamen hisce diffisus lectionem codicis M corruptela explanare malles, cum etiam initium versus insequentis in hoc libro depravatum sit (*δραπέτην* pro *ἐτραπέτην*), respondere tibi velim temerarium mihi videri librario mediaevali coniecturam credere, qualis ceteroquin in libro M non occurrit, cf. conspectum pp. 45 sqq. Utram autem ad ipsum poetam redire censeam, dubito.

κατά autem, quod in hunc contextum minime quadrare manifestum est, neglegentiae illi tribuere velim, cuius nonnulla exempla iam invenimus, supra pp. 78, 87, 91 ann. 5, 100.

IV 515 *ἀνακλέψης Ψ, ἅμα κλέψης* M

Litterae *μ* et *ν* minusculae cum facile confundi inter se possint 1), hoc loco de lectione varia antiqua non agi opinor. Quaerendum igitur est, utrum habuerit codex *Ω*. Editores Britanni, qui soli lectionem codicis *Ψ* in textum receperunt, confirmare eam conati sunt lamella Dodonaea (in corpore illo Griechischer Dialektinschriften 1586) serioris, ut ostendit literatura, licet incertae aetatis:

Ἐρωτεῖ Ἅγις Δία Νάον [καὶ Διώναν]
ὑπὲρ τῶν στρωμάτων κ[αὶ τῶν προσ-]
κεφαλαίων, τὰ ἀπώλολ[ε....] (sic),
ἢ τῶν ἔξωθέν τις ἀνέκ[λεψεν],

et loco Hesychiano (*ἀνακλέπτεσθαι· ἀναχωρεῖν*), quem ad rem non attinere patet. Praestat laudare Theocr. V 9

τὶν δὲ τὸ ποῖον
Λάκων ἀγκλέψας πόκ' ἔβα νάκος;

ubi tamen poeta Syracusanus, quem hic illic Homerum sequi notum est, nostrum non imitatum esse pro certo habeo, quamquam *ἀγκλέψας* eundem versus locum obtinet. Verbum igitur *ἀνακλέπτειν* etsi exstare constat, *ἅμα κλέψηις* tamen lectionem veram esse puto. Cf. etiam

1) Vide supra p. 56 ann. 1, et cf. Hesiod. Theog. 797, ubi legit Hermannus *κεῖται ἅμ' ἄπνευστος* (pro *ἀνάπνευστος* codd.) *καὶ ἄναυδος*, et *ω* 8.

quae de furto isto exposuit Kuiper in Mnemos. N. S. vol. XXXVIII 1910 pp. 48 sqq.

IV 540 ὅσα μήδεται εὐρύοπα Ζεύς Mxp
βούλεται *f*

Eandem varietatem invenimus ξ 300 Ζεὺς δέ σφισι μήδετ' ὄλεθρον, ubi codices nonnulli saeculorum XIII, XIV, XV praebent βούλεται; unde sequi mihi videtur nostro quoque loco antiquam esse lectionem variam. Dubito tamen βούλεται, quamquam est lectio rarior, ipsi poetae adscribere.

IV 543/4 καὶ μὲν ἐμῆς ὀμφῆς ἀπονήσεται, ὅς τις ἂν ἔλθηι
φωνῆι καὶ πτερύγεσσι τεληέντων οἰωνῶν Ψ
φωνῆι τ' ἠδὲ ποτῆισι M

Cum Ruhnkenio, Ilgenio, editoribus Britannis facere velim, qui lectionem codicis M praetulerunt. Rarior enim esse videtur atque mea quidem opinione contextui paullo melius congruere, cum non alae sint, sed ratio volandi, qua augurabantur 1). Rhapsodos vocem πτερύγεσσι sive e versu 553 sive ex Hesiod. Theog. 269 ὠκείηις πτερύγεσσι (eodem versus loco) petitam substituisse, ut vocem illam paene ignotam 2) vitarent, probabile habeo. Iniuria Hollander handschr. Ueberl. p. 32 plurali numero vocis ποτῆισι offenditur.

IV 562/3 ἦν δ' ἀπονοσφισθῶσι θεῶν ἠδεῖαν ἐδωδήν,
πειρῶνται δ' ἤπειτα πάρεξ ὁδὸν ἡγεμονεύειν Ω
ψεύδονται δ' ἤπειτα δι' ἀλλήλων δενέουσαι *x* in mg.

Recte Baumeister (qui participium correxit in δονέουσαι), Gemollius, editores Britanni lectionem marginalem germanam habere mihi videntur. Agitur enim de diversa ratione, qua Thriae repraesentantur,

1) Cf. tamen Soph. O. C. 97
οὐ πιστὸν ἐξ ὑμῶν πτερὸν
ἐξήγαγ' εἰς τόδ' ἄλσος,
et Call. h. V 124 καὶ ποίων οὐκ ἀγαθαὶ πτέρυγες.

2) ε 337 αἰθυίηι δ' εἰκυῖα ποτῆι ἀνεδύσετο λίμνης,
quem versum Aratus fortasse memoria tenebat Phaen. 278
αὐτὰρ ὅ γ' εὐδιόωντι ποτὴν ὄρνιθι ἐοικώς.

altera primaria, qua quamquam apium forma indutae atque stridentes humana tamen voce vaticinari possunt, altera seriore, qua tamquam mulieres sive immortales sive humanae apparent. Eandem fere commutationem quam invenimus supra ad III 96/98 et 134 sqq. si comparemus, haud dubitabimus illam recensionem ipsi poetae, rhapsodo autem hanc tribuere. Accedit, quod in lectione vulgata locutio notissima *ὁδὸν ἡγεμονεύειν* 1) adverbio *παρέξ* expansa translate adhibetur et *πειρῶνται* (quod languere recte dicit Baumeister) *δ' ἤπειτα* numeros lectionis germanae sequi videtur, quae imitatorem dilucide produnt.

V 8 *γλαυκώπιδ' Ἀθήνην* Ψ, *γλαυκῶπιν* M

Rhapsodos alios aliam formam adhibuisse manifestum est, unde sequitur decerni non posse, utram ipse poeta cecinerit. Cf. h. Ap. 314 (*γλαυκῶπιν*) et 323 (*γλαυκώπιδ'*).

V 18 *καὶ γὰρ τῇι ἅδε* Ψ
πουλύχρυσα δὲ M

Editoribus Britannis recte secundum hemistichium vs. 18 intercidisse videri neque obstare opinor, quae contendit v. cl. G. Schulze in Quaest. Ep. p. 445, in vocabulis sc. cum *πολυ-* compositis *o* litteram produci tantum, quando duae syllabae breves sequantur, lectionem codicis M interpolationem esse ratus. Licentia enim, quam poetae seriores adhibuerunt, cur noster nondum usus esse putandus sit non video; cf. quae dixi ad III 78. Neque intellegi posse puto, unde et quo modo lectio codicis M orta sit 2), quam ad glossam ad *τόξα* adscriptam redire improbabile est, nisi cum editoribus Britannis facimus, quamquam quae supplevit v. d. R. J. Shackle in Class. Rev. vol. XXIX 1915 p. 163

καὶ γὰρ τῇι ἅδε <ἔργα πολυχρύσου Ἀφροδίτης>

---

1) Cf. *η* 30, *κ* 501, *ω* 225, h. Merc. 303. Recte La Roche Hom. Stud. 1861 p. 5 nostro loco accusativum a *παρέξ* pendere dicit.

2) Hermannus lectionem codicis M ex his verbis *τῇι πολύχρυσ' ἅδε τόξα* corruptam esse mihi non persuasit reputanti in nostro carmine vocalem brevem ante *χρ* positam ubique produci, cf. vss. 1 (= 9), 16 (?), 93, 117 (?) (= 121), 163, 172, 173.

πουλύχρυσα δὲ τόξα καὶ οὔρεσι θῆρας ἐναίρειν

contextui plane obloqui patet. Ad constructionem conferre licet *K* 173/4

ἐπὶ ξυροῦ ἵσταται ἀκμῆς
ἢ μάλα λυγρὸς ὄλεθρος Ἀχαιοῖς ἠὲ βιῶναι.

V 66 σεύατ' ἐπὶ Τροίην Ψ, ἐπὶ Τροίης M

Iure editores Britannos lectionem codicis M in textum recepisse opinor, cum deam Troiam cursum dirigere, non in hanc urbem pervenire appareat. ἐπί enim cum accusativo adhibitum ubicumque non de ascensione (οἱ δ' ἐπ' ἐπάλξεις βαῖνον *M* 375, ἐπὶ πύργον ἔβη *Z* 386, talia) usurpatur, designare videtur ad locum aliquem perveniri (ἦλθε θοὰς ἐπὶ νῆας *A* 12, ἀφίκοντο ἐπὶ τὸν Ἅρπασον ποταμόν Xen. Anab. IV. 7. 18) 1); perraro autem occurrit in contextu, qualis est *Σ* 565 μία δ' οἵη ἀταρπιτὸς ἦεν ἐπ' αὐτήν (sc. ἀλωήν), ad quae Didymus: 'ἐς αὐτὴν' παρὰ Ζηνοδότωι, καὶ ἔχει λόγον ἡ γραφή. E quibus sequi videtur, lectionem stirpis Ψ corruptelam potius quam varietatem vocandam esse.

V 67 ὕψι μετὰ νεφέεσσι θοῶς πρήσσουσα κέλευθον Ψ
νέφεσι ῥίμφα M

Poetam cum non solum hoc versu vsm. *Ξ* 282, sed etiam sequenti vsm. *Ξ* 283 imitari appareat, uti viderunt editores Britanni 2), eis et Matthiae (in ed.) assentiri velim, lectionem codicis M germanam esse. Adde locos hos:

Ψ 501 ὑψόσ' ἀειρέσθην ῥίμφα πρήσσοντε κέλευθον,
ν 83 ὑψόσ' ἀειρόμενοι ῥίμφα πρήσσουσι κέλευθον.

Rhapsodis autem in promptu erat adverbium θοῶς substituere, quod apud Homerum et in Hymnis, mirabile dictu, nunquam nisi post caesuram κατὰ τρίτον τροχαῖον occurrit.

---

1) Cf. Kuehneri et Gerthii Gr. Gr. vol. I p. 503 III 1 a, Monro Hom. Gr.² § 199. 1.

2) Quamquam iniuria contendunt: „ῥίμφα, as the rarer word, is prima facie more probable than θοῶς", cum apud Homerum hoc ter et vicies (omissa varia lectione χ 364), illud autem vicies inveniatur.

V 84 *Ἀγχίσης δ' ὀρόων ἐφράζετο θαύμαινέν τε fx* (deficit M)
θάμβαινέν τε p

Cum Hermanno lectionem rariorem in textum recipere velim, quam corruptelam ineptam reici non posse patet. V. cl. O. Schroeder idem verbum restituit Pind. Ol. III 32 e codice Ambrosiano C 222. Lectionem vulgatam nescio, utrum rhapsodis an potius scribis Byzantinis tribuas.

V 97 sqq. *ἤ τις νυμφάων, αἵ τ' ἄλσεα καλὰ νέμονται,*
ἤ νυμφῶν, αἵ καλὸν ὄρος τόδε ναιετάουσι,
καὶ πηγὰς ποταμῶν καὶ πίσεα ποιήεντα Ω (deficit M)

Rectissime Ruhnkenium puto vsm. 98 tamquam e versibus 258

αἵ τόδε ναιετάουσιν ὄρος μέγα τε ζάθεόν τε

et 285

αἵ τόδε ναιετάουσιν ὄρος καταειμένον ὕλῃι

interpolatum eiecisse. Non solum enim miramur iterationem 1), sed etiam versus insertus contextum, quem Υ 8, 9 integrum invenimus, interrumpit. Vsm. 99 cum praecedenti coniungi non posse patet. Accedit, quod in hymno nostro genetivus pluralis numeri primae declinationis non corripitur 2). Vsm. igitur 98 rhapsodo cuidam tribuendum esse censeo, qui hoc quoque loco *ὄρος τόδε* desiderari ratus versum de suo addidit.

Quaesitius neque ulla fide mihi facta v. d. H. Trueber in Diss. Philol. Hal. XV 2 (1903) p. 181 vss. Υ 8, 9 nostro loco desumptos esse contendit, omisso vs. 98, quem ipsi poetae tribuit. Similitudinem inter h. Ven. 246 et Υ 65 (*τά τε στυγέουσι θεοί περ*) et inter h. Ven. 16 et Υ 70 (*χρυσηλάκατος κελαδεινή*) animadvertit; cf. tamen etiam h. Ven. 203

ἥρπασεν ὃν διὰ κάλλος, ἵν' ἀθανάτοισι μετείη,
καί τε Διὸς κατὰ δῶμα θεοῖς ἐπιοινοχοεύοι

cum Υ 234 sq.

τὸν καὶ ἀνηρείψαντο θεοὶ Διὶ οἰνοχοεύειν

---

1) De qua vss. 62/3 aliter censendum esse videtur.

2) Occurrunt huius generis genetivi vss. 172 *θεάων*, 173 *παρειάων*, 215 *ἀγγελιάων*.

κάλλεος εἵνεκα οἷο, ἵν' ἀθανάτοισι μετείη,

e quibus concludere fortasse licet poetam nostrum rhapsodiam Υ ita cognovisse, ut nos nunc quoque legimus.

V 136 οὔ σφιν ἀεικελίη νυὸς ἔσσομαι, ἀλλ' ἐικυῖα
136a εἴ τοι ἀεικελίη γυνὴ ἔσσομαι ἠὲ καὶ οὐκί Ω

Hermanno, quem secuti sunt Gemollius et editores Britanni, alterum versum alterum excludere contendenti assentiendum esse censeo 1), quamquam quare secundum in textum receperit primum interpolatoris sui esse ratus intellegere non possum. Neque eum versum ferre quemquam posse opinor, dummodo contextum attendat. Versu enim 136 optime modestia exprimitur, qua uti dea Iovis voluntate cogitur; cui contra minime congruit sermo superbus versus 136a. Qui quo modo ortus sit vel huc irrepserit, haud facile intellegetur.

V 147 ἀθανάτοιο δ' ἔκητι Ψ, ἀθανάτου δ' ἔκατι M

In lectione codicis M antiquiorem formam ἀθανάτου δὲ ἔκητι latere putavit Hermannus, quem secuti sunt Abelius et editores Britanni, obloquente tamen Baumeistero, qui veritus est, „ne iusto antiquiorem finxerit hunc poetam". Monere autem supervacaneum non est genetivi antiquiorem formam neglegi, si digamma observetur, si contra digamma neglegas, genetivum in -οιο servari. Qui cum in hoc carmine in certis praesertim formulis occurrat 2), correpta vero forma poeta uti soleat 3), hoc quoque loco ἀθανάτου praefero. Unde poetam digamma respexisse sequitur, quod etiam

---

1) Cum Ruhnkenio, qui e duobus versibus novum confecit
εἴ σφιν ἀεικελίη νυὸς ἔσσομαι ἠὲ καὶ οὐκί,
fecerunt Ilgenius, Matthiae, Baumeister.

2) Vss. sc. 8, 23, 27, 29 (cf. Hes. Th. 585), 69 (cf. α 119 βῆ δ' ἰθὺς προθύροιο, ρ 325 βῆ δ' ἰθὺς μεγάροιο, Θ 336 οἱ δ' ἰθὺς τάφροιο), 112, 173, 180 (cf. Κ 162 ὣς φάθ', ὁ δ' ἐξ ὕπνοιο κτλ.,) 187, 227, 254 (νόοιο in fine versus etiam Κ 122, λ 272, ψ 77), 256, 269, 272; attamen 292 Κύπροιο (quod hoc tantum loco exstat) de suo poeta scripsisse videtur.

3) Vss. sc. 1, 6, 9, 36, 38, 40, 54, 81, 118 bis, 125, 147, 153 bis, 165 bis, 173, 175, 176, 199, 206, 229, 230, 237.

fecit vss. 1, 11, 15, 41, 43, 53, 56, 59, 63, 64, 82, 92, 112, 113, 116, 139, 162, 164, 167, 171, 181, 185, 205, 207, 210, 212, 235, 267, 277 1). Ceterum hanc lectionem confirmare videtur o 319 *Ἑρμείαο ἔκητι διακτόρου* (eodem versus loco). Alteram lectionem rhapsodos facile substituisse manifestum est.

V 175 *ἐυστεφάνου* Ψ, *ἰοστεφάνου* M

ἰοστέφανος cum apud Homerum et Hesiodum non inveniatur 2), hoc loco reicere non licet. Utrum poetae hic et VI 18 scripserint, decerni non posse opinor.

V 214 *ὡς ἔοι ἀθάνατος καὶ ἀγήρως (ἀγήραος f) ἤματα πάντα* Ψ
ἶσα θεοῖσι
M,*x* in mg.

Lectionem codicis Ψ ab ipso poeta profectam esse puto, quippe qui presse exemplum Θ 539 secutus sit

εἴην ἀθάνατος καὶ ἀγήραος ἤματα πάντα,

cf. ε 136, η 257, ψ 336, h. Cer. 260 3). Lectionem variam rhapsodo tribuere velim, qui clausulam tamquam e vs. 209 iteratam vitare voluerit. Ilgenius autem iam vidit eum *ἶσα θεοῖσι* de suo non finxisse, sed finem vs. λ 304 imitatum esse: *τιμὴν δὲ λελόγχασιν ἶσα θεοῖσι*, cf. λ 484 *σε ζωὸν ἐτίομεν ἶσα θεοῖσι* 4). Cf. etiam, quae monui supra p. 94.

V 244 *τάχα γῆρας ὁμοίιον ἀμφικαλύψει* Mp*a*, *b* sscr.
κατὰ *f* (At?) *b*

Lectionem *κατά*, quam Baumeister, Gemollius, editores Britanni

1) Locos, ubi *ν* paragogico omisso digamma restitui possit, necnon locos, ubi voces a digammo incipientes caesura praeceduntur, omisi.

2) Editores Britanni afferunt Solon. frg. 19. 4, Theogn. 250; Simonid. frg. 52 utraque vox traditur.

3) Aristarchus et Aristophanes formas quadrisyllabas reiecerunt, cf. ε 218 *σὺ δ' ἀθάνατος καὶ ἀγήρως* in fine versus. Codices ll. cc. inter se non congruunt. Nostro loco apographon *f* sequi velim coll. vs. 106 *γήραος οὐδὸν ἱκέσθαι*.

4) Nullius fore momenti liquet, utrum *ἀγήραος* an *ἀγήρως* praeferas, si variam lectionem substitueris. Cf. quo modo poeta vocis *ἔργα* digamma modo observaverit, modo neglexerit in initio carminis.

neglexerunt 1), cum rarior sit, ipsi poetae tribuere velim, coll. λ 497 οὔνεκά μιν κατὰ γῆρας ἔχει (eodem versus loco), h. Merc. 8

ὄφρα κατὰ γλυκὺς ὕπνος ἔχοι λευκώλενον Ἥρην,

praesertim autem ξ 349 κεφαλῇι δὲ κατὰ ῥάκος ἀμφικαλύψας, quem ad locum editores Germani Ameis et Hentze in appendice laudant Ioseph. Ant. VIII. 5. 2 λίθωι τοὺς τοίχους καταμφιεννύναι. Accedit, quod τάχα paullo nimis violenter dictum esse neque ita bene in contextum quadrare videtur 2). Haec tamen nos, opinor, non prohibent τάχα rhapsodis ascribere.

V 274/7 τὸν μὲν ἐπὴν δὴ πρῶτον ἕλῃι πολυήρατος ἥβη
ἄξουσίν σοι δεῦρο θεαί, δείξουσί τε παῖδα.
σοὶ δ' ἐγώ, ὄφρα κε ταῦτα μετὰ φρεσὶ πάντα διέλθω,
ἐς πέμπτον ἔτος αὖτις ἐλεύσομαι υἱὸν ἄγουσα Ω

Hoc loco duas lectiones traditas esse, quae frontibus adversis secum pugnent, optime iam viderunt Groddeckius, Hermannus, alii 3). Utram autem genuinam, utram insiticiam censerent viri docti dubitaverunt; Hermannus vss. 276/7, contra Matthias, Frankius, Baumeister 4), editores Britanni vss. 274/5 reiecerunt. Quibuscum facere velim non solum ob argumenta ab eis allata 5), sed etiam inductus verbis illis, quae citat Roscher ex Herod. I 136 παιδεύουσι (sc. οἱ Πέρσαι) ἀπὸ πενταέτεος ἀρξάμενοι....πρὶν δὲ ἢ πενταέτης γένηται, οὐκ ἀπικνέεται ἐς ὄψιν τῶι πατρί, ἀλλὰ παρὰ τῆισι γυναιξὶ δίαιταν ἔχει. Cuius consuetudinis, cui non soli Persae obnoxii fuerint, memoriam nostro quoque loco extare verisimile duco.

---

1) E Keilii collationibus eam innotuisse verisimile est.

2) Quaesite editores Britanni ad vsm. 245: „ἔπειτα is explained by τάχα (244), i. e. soon *in the future*".

3) Gemollii coniecturam ὥρη pro ἥβη, qua contextum restituere conatus est, reiciendam esse ex eo patet, quod πολυήρατος ἥβη est locutio stabilis, quae vs. 225 iam occurrit.

4) Qui tamen πολυήρατον ἧβην iniuria locutionem male natam vocat, cf. o 366

αὐτὰρ ἐπεί ῥ' ἧβην πολυήρατον ἱκόμεθ' ἄμφω.

5) πολυήρατον ἧβην enim de puello non dicitur; ceterum nymphae θεαί vocari non poterant, cf. vss. 259 sqq. — Digamma tamen observatum (ἐς πέμπτον ἔτος) haec ad diiudicanda in nostro carmine nihil valere apertum est.

Qua autem de causa rhapsodi, quibus vss. 274/5 tribuendos opinor, lectionem sibi traditam mutarint, non perspicio. Venerem fortasse dedecere putaverunt reverti.

VII 37 *ναύτας δὲ τάφος λάβε πάντας ἰδόντας* Ψ
φόβος M, *x* in mg., *p* sscr.

Recte editores (praeter Gemollium) lectionem vulgatam retinuisse opinor, non solum quod poeta *ϕ* 122 *τάφος δ' ἕλε πάντας ἰδόντας* secutus esse videtur, sed etiam quia *τάφος* hoc loco melius quadrat; nautas enim tum demum timor cepit, cum leo et ursus eis apparuerunt. Quo loco (vs. 48) verbum *ἐφόβηθεν ὁμηρικώτατα* significatione fugiendi adhibitum legimus, unde concludere, opinor, licet vocem *φόβος* nostro quoque loco fugam indicaturam fuisse 1). Rhapsodis igitur saeculi fere quinti lectio varia attribuenda erit.

VIII 9 *δοτὴρ εὐθαρσέος ἤβης* M*fx*
εὐθαλέος *p*, *x* in mg. 2)

Cum Ilgenio, Matthia, Hermanno, Baumeistero lectionem vulgatam retinendam esse censeo, Martem magis decere ratus *εὐθαρσέα* quam *εὐθηλέα* iuventutem donare. Quamquam hoc quoque optime ferri posse libenter concedo 3), quam ob rem rhapsodis tribuere velim. Apud Homerum et Hesiodum neutra vox invenitur.

X 2—5 *μείλιχα δῶρα δίδωσιν, ἐφ' ἱμερτῷι δὲ προσώπωι*
αἰεὶ μειδιάει καὶ ἐφ' ἱμερτὸν φέρει ἄνθος.
χαῖρε θεά, Σαλαμῖνος ἐυκτιμένης μεδέουσα
καὶ πάσης Κύπρου· δὸς δ' ἱμερόεσσαν ἀοιδήν Ψ

1) Optime Aristarchus et Aristonicus egerunt de usu Homerico vocum *φόβος*, *φοβεῖσθαι*. Cf. Lehrsium in libri de Arist. Stud. Hom. ed. tert. pp. 75 sqq., qui ibid. p. 160 de epicorum recentiorum (Quinti et Oppiani sc.) usu egit. Hesiodus has voces haud aliter atque Homerus adhibuisse videtur.

2) H. e.: lectionem, quam in apographo *x* marginalem fuisse probabile est, *εὐθαλέος*, in textum, uti solet, recepit *a*; lectiones textus et marginis in *Π* coaluerunt (*εὐθαρλέσεος*), L_1 deficit.

3) Cf. Pind. P. IX 72 *καί νυν ἐν Πυθῶνι νιν ἀγαθέαι Καρνειάδα υἱὸς εὐθᾱλεῖ συνέμειξε τύχαι.*

μείλιχα δῶρα δίδωσιν, ἐφ' ἱμερτῶι δὲ προσώπωι
αἰεὶ μειδιάει καὶ ἐφ' ἱμερτὸν θέει ἄνθος.
χαῖρε μάκαιρα κυθήρης εὐκτιμένης μεδέουσα
εἰναλίης τε Κύπρου· δὸς δ' ἱμερόεσσαν ἀοιδήν M

In vs. 4 cum editoribus Britannis lectionem *θέει* germanam vocare fortasse praestat, cum *θέει ἄνθος*, h.e. rubor per faciem se diffundit, valde genuina videatur esse dictio. Rhapsodos *φέρει* 1) substituisse licet dubitanter censeo, ut subiecti mutatio vitaretur, quam tamen eis ex linguae Graecae consuetudine pernotam fuisse concedendum est. Neque pro certo habeo subiectum, quando legitur *θέει*, re vera mutari, cum fieri posse mihi videatur, ut *μειδιάει* nullum habeat subiectum (germanice 'es lächelt'). Quod si ita est, lectionem *θέει* ipsius esse poetae patet. Optime editores Britanni comparant ζ 45 *λευκὴ δ' ἐπιδέδρομεν αἴγλη*.

Vss. 4 et 5 poetam vsm. 292 maioris hymni

χαῖρε, θεά, Κύπροιο εὐκτιμένης μεδέουσα

mutato insulae nomine imitatum esse apertum est. Alium autem rhapsodum aliud nomen inserere cum fas esset, dubitandum est, utrum stabilem formam hi versus umquam obtinuerint 2). Lectionem enim, quam praebet vs. 4 codex M, mirae illius diaereseos causa 3) damnare nolim, cum artissime cum eiusdem codicis varia lectione vs. 5 coniuncta esse videatur 4).

XV 5—6 *πλαζόμενος πομπῆισιν ὑπ' Εὐρυσθῆος ἄνακτος*
πολλὰ μὲν αὐτὸς ἔρεξεν ἀτάσθαλα, πολλὰ δ' ἀνέτλη Ψ
πλαζόμενος πημαίνετ', *ἀεθλεύων* (δὲ ins. Ilg.) *κραταιῶς*
πολλὰ μὲν αὐτὸς ἔρεξεν ἀτάσθαλα, ἔξοχα ἔργα M

1) Quod Matthiam et Gemollium recte per 'gerit florem' explicasse puto; ceteri vertunt per 'fert' vel 'dat' (sc. hominibus).

2) Cf. VI 2 *ἦ πάσης Κύπρου κρήδεμνα λέλογχεν*
εἰναλίης

3) Editores Britanni conferunt Batrach. 287
αὐτὰρ ἔπειτα κεραυνὸν δειμαλέον Διὸς ὅπλον,
quem tamen versum Allenius v. d. in editione expulit. An potius apud nostrum caesura *κατὰ δεύτερον τροχαῖον* statuenda est?

4) Iniuria editores Britannos „the alternatives are equal in point of sense" contendere patet, quod in lectione codicis Ψ urbs et insula, apud M duae insulae inter se comparantur.

Lectionem codicis M hoc loco antiquiorem esse censeo duabus de causis. *Ἀθέσφατον* (vs. 4) enim, in quo Gemollius offendit 1), adverbium esse sumo apud verbum *πημαίνετο* 2), quod quamquam apud Homerum hoc modo non adhiberi haud ignoro, comprobari videtur verbis, qualia sunt *P* 332

ἀλλ' αὐτοὶ τρεῖτ' ἄσπετον οὐδὲ μάχεσθε.

Lectionem autem codicis Ψ si sequimur, *ἀθέσφατον* ad *γαῖαν* referre cogimur 3). Quam lectionem rhapsodum quendam finxisse puto, ut Eurysthei nomen insereretur. Proditur tamen eo, quod *πομπῆισιν* seriore significatione missionis adhibuit, cf. quae optime monuit v. cl. Wilamowitzius ad Eur. Herc. vsm. 580. Cum apud Aeschyl. Pers. vs. 58 *ἔθνος ἐκ πάσης Ἀσίας ἕπεται δειναῖς βασιλέως ὑπὸ πομπαῖς* vi antiqua usurpatum inveniamus, haec hymni recensio non ante saeculum V orta esse videtur. Pro *ἔξοχα ἔργα* verbum substituendum erat, quod *πημαίνετο* exciderat.

Praeter editores Britannos Hollander quoque Handschr. Ueberl. p. 33 lectionem codicis M germanam habuit.

XIX 7 *καὶ κορυφὰς ὀρέων καὶ πετρήεντα κάρηνα* *fx*
κέλευθα
p, x in mg. (cf. p. 11)

Utramque lectionem antiquitus ortam esse probabile duco, quamquam utra genuina habenda sit, decerni non posse apparet. *Πετρήεντα κέλευθα* neque apud Homerum neque apud Hesiodum invenitur, quamquam legimus in fine vs. *υ* 64 *κατ' ἠερόεντα κέλευθα*, *ω* 10 *κατ' εὐρώεντα κέλευθα*. Item *κάρηνα* apud Homerum et Hesiodum semper fere in exitu versus collocatur, nunquam tamen cum *πετρήεντα* coniunctum. Eo, quod vs. 4 *κάρηνα* iam adhibitum est, improbabile non fit, hoc quoque loco lectum esse.

---

1) Qui lectionem cod. M improbavit, quod Homerus mare solum hoc epitheto ornare solet. Ceterum *κατά* ex eius sententia Atticum est pro Homerico *ἐπί*. Cf. tamen *ρ* 418 *ἐγὼ δέ κέ σε κλείω κατ' ἀπείρονα γαῖαν* et h. Ap. 215 *κατὰ γαῖαν ἔβης ἑκατηβόλ' Ἄπολλον*.

2) Idem faciunt editores Germani Ameis et Hentze ad *η* 273 *ὤρινεν δὲ θαλασσαν ἀθέσφατον*.

3) Nisi hyperbaton particulae *ἠδέ* statuendum est, quod tamen mirarer.

XIX 48 λίσομαι (leg. λίτομαι) δέ σ' ἀοιδῇ Ψ
ἵλαμαι x in mg.

Utrumque verbum cum in hac formula, qua hymnos in deos concludere solebant, adhibeatur, cf. XVI 5 et XXI 5, hic neutrum alteri praeferendum esse manifestum est.

II 476 ἐπέφραδεν ὄργια καλά M
πᾶσι Pausan. II. 14. 3

Lectionem codicis retinere velim, quamquam nonnulli in asyndeto (sequitur enim vs. 478 σεμνά) offendunt. Quam ad rem cf. Ω 340 (= ε 45)

ὑπὸ ποσσὶν ἐδήσατο καλὰ πέδιλα
ἀμβρόσια χρύσεια

et similia. *Πᾶσι* nisi neglegentiae Pausaniae tribuendum est, fortasse tribuendum est ei, quem vsm. 477 inseruisse improbabile non est.

EXCURSUS I

Antequam duas manus comparare incipio, monendum est in codice hymnorum versus ita paucos nobis suppeditare, ut fieri non posse mihi videatur, ut manus easdem esse pro certo affirmetur. Si autem tab. I 1) (imprimis scholia) et II 2) una propter intuemur, in utraque eandem scripturam erectam, fastigatam, non prorsus constantem esse apparet. Eo tamen inter se differre videntur, quod in libro Mediolanensi litterae minus crispatae sunt et accentus paene omnes ad perpendiculum stant; haec discrimina marginis (quae ad scholia recipienda non tanta relicta erat quanta in codice Parisino) angustiis attribuenda duco. Ligaturas vel compendia praeter usitata non inveni; simillimo autem modo adhibita esse videntur, si, ordine quo in cod. D occurrunt, conferimus:

Tab. II	Tab. I (schol.)
duas formas *β* litterae (*βεβρίθει*)	vs. 7 *ἔβασον*, vs. 1 *ἐπίβδαι*.
ligaturam *ρι* (ibid.)	vs. 14 *ὁμογάστριοι*.
duas formas *θ* litterae (ibid., *θεὸς*)	vs. 16 *θεμιστ.*, vs. 2 *μεθέ-*.
ligaturam *θει* (ibid.)	non adhibetur 3); cf. vs. 16 *θεμιστ.*, vs. 21 *-θῆ*.
α (*καθορῶσα* bis)	vs. 1 *καλοῦνται*.
ligaturam *ῶ* (ibid.)	vs. 2 *ἑορτῶν*.
τ altum (*λητούς*)	vs. 2 *τῶν ἑορτῶν*.
ligaturam *υς* (*λητούς*)	vs. 15 *σαλμωνέυς*.

1) Codex Paris. Gr. 2783 continens Pindarum, fo. 31 r., P. IV 139—148 cum scholiis, quo in libro in calce folii 53 vi. Matthaeus Devarius scripsit *Ἐγράφη χειρὶ Δημητρίου Χαλκονδύλου*. Cf. v. cl. H. Omont in libro, cui titulus Fac-similés de manuscrits grecs des XVe et XVIe siècles, folio 16 part. dextr.

2) In hoc excursu de solis tribus versibus in margine m. sec. additis agitur.

3) Solute scriptum est vs. 24 *προστιθεὶς* et in textu vs. 7 *κρηθεῖ*.

γ altum (unciale) 1) (γενέθλην)	vs. 20 ὁμογόνοις.
λ unciale 2) (ibid.)	vs. 5 λέ-, vs. 16 βασιλῆες
η (γηθοσύνη bis)	deest, sed cf. in textu vs. 4 χρὴ et 8 θρασυμήδει.
ligaturam συ (ibid.)	vs. 17 σίσυφος.
ligaturam τι	vs. 24 προστιθεὶς.
ligaturam μι (μιν)	vs. 11 μία.
ligaturam το (εἴλετο)	vs. 10 τὸ (bis).
ε resupinum (θέσθαι)	vs. 5 ἐπὶ.
ligaturam σθαι (ibid.)	vs. 5 βεβλῆσθαι.
ν (secundum in νήσων) 3)	vs. 12 ἀνδρογ., 20 ἐὰν, alibi.
ligaturam ει (ἠπείρου)	passim 4).
σε (ἐφίλησε)	vide apud Omont l.c. part. sin. vs. 10 schol. -σπερμάτισε.
ligaturam αλλ (μᾶλλον)	vs. 8 βάλλοντες, vs. 14 ἀλλήλοις.

Ligaturas γη et θο (γηθοσύνη), ετο (εἴλετο), compendium pro ην (γενέθλην), τε (suprascripta ε littera) in Parisino frustra quaesivi; item ligatura υν (γηθοσύνη) ibi deesse videtur, quamquam υ cum ν acuto coniunctum occurrit vs. 10 νῦν, vs. 11 γυνὴ, vs. 13 γυναικὸς.

---

1) Cf. apud Gardthausen v. cl. Gr. Pal. II² p. 232.
2) Cf. Gr. Pal. II² p. 234/5.
3) In Parisino ν nusquam ita solute scriptum inveni quam pr. ν in νήσων.
4) In cod. D hasta ι litterae supra decurtata accentus gratia, ut videtur.

EXCURSUS II

Inter Mediolanensem (tab. II) et Parisinum (tab. III) discrepantiam quandam esse quamquam apparet, quam eo explicandam esse opinor, quod hic gravior ac durior calamus adhibebatur, vel potius eo, quod atramentum in charta paullo magis diffundi videtur quam in membrana 1), in utroque libro eandem scripturam invenimus, quae maxima constantia, perspicuitate, litteris rotundis ac latioribus, elegantia excellit. Imprimis exitus linearum animadvertendi sunt. Litterae eodem modo paullo in dexteram partem inclinantur. Nihilominus audacius fortasse videbitur utrumque codicem eadem manu exaratum esse pro certo habere, si litteras singillatim comparaverimus:

	Tab. I 2)	Tab. II 3)
α:	117 ἀμφὶ (solutum non occurrit)	1 ἀποίσομαι.
α:	115 εἰλείθυια	20 -μιουργημένα.
ά:	130 ἀθανάτοισι	12 δυνάμενον.
β:	117 βάλε, 120 φοῖβε, alt. forma hic deest 4)	8 βϊβλία, 15 ἐλλέβορον.
γ:	115 μογοστόκος	19 γνῶθι.

1) Prorsus aliter iudicant C. Graux et A. Martin in textu, quem suis Facsimilés de Manuscrits grecs d'Espagne 1891 adiecerunt, p. 91: „Une des qualités de ce papier (saec. sc. XIII) est d'être lisse, de permettre à la plume de courir facilement. ... L'écriture se plaît à glisser agilement sur cette surface facile".

2) Cod. Ambrosianus 120 (D) fo. 180 v. continens h. Hom. III vss. 115—147.

3) Cod. Parisinus Gr. 3047 scriptus manu διακόνου γεωργίου τοῦ χρυσοκόκκου, ut ipse indicavit fo. 136 v., fo. 18 v., continens epistolas quae dicuntur Hippocratis ad Damagetum et Democriti ad Hippocratem.

4) Quamquam alibi in codice D adhibita est.

forma uncialis 121 ἀγνῶς 1)	8 κἀγὼ.
δ: 116 δὲ 2)	7 δέ.
ϵ: 115 ἔβαινϵ	10 ἐμὲ.
ϵ: 117 πήχϵϵ	10 ἐμὲ (ϵ alterum!).
ϵ: 117 ἔρϵισϵ	12 δαμάγητϵ.
ζ: 142 ἠλάσκαζϵς	13 φράζϵιν.
η: 116 μϵνοίνησϵν	4 διανοίης.
θ: 119 θϵαὶ	8 ὅθϵν.
ï: 117 φοίνικï	3 ἐξϊχνϵύσαντος.
ι: ibid.	22 ἰνδαλμοῖσï.
κ: 116 τέκϵσθαι	3 καὶ.
κ: 119 ἐκ 3)	7 οὐκ.
λ: 115 δήλου 4)	1 πϵπλή-.
μ: 131 μοι (solutum non occurrit)	7 ἕτοιμος.
ν: 121 ἐν	8 ὅθϵν.
ν: 115 ἔβαινϵ	3 νοήσαντος.
ν: 140 ἄπολλον	15 ἐλλέβορον.
ξ: 126 τοξοφόρον (solutum tantum exhibetur) 5)	3 ἐξιχνϵύσαντος, 8 ἐπείξας.
ο: 115 δήλου	1 πολλοῦ.
π: 117 πήχϵϵ	1 πϵπλή-.
π: 134 πᾶσαι	1 ἀποίσομαι.
ρ: 117 ἔρϵισϵ	1 γάρ.
ρ: 119 ἔθορϵ	2 κῆρϋξ.
σ: 139 ἤνθησ'	23 ἡμέασ (solutum deest).
ς: 115 μογοστόκος	2 φύσϊος.
τ: 116 τότϵ	6 ταῦτ' 6).

---

1) Neutra forma soluta occurrit; γ altum unciale, quale in tab. III 25 γραφεῖσαι, quod in tab. II non exhibetur, tamen alioquin in cod. D reperitur.

2) Solutum non invenio. Forma uncialis, qualis in tab. III 4 διανοίης, quamquam in tab. II non reperitur, in cod. D interdum adhibita est.

3) κ „cursivum" in neutra tabula occurrit.

4) λ unciale neque in D neque in Par. (in tabulis sc.) repperi.

5) Alibi in cod. D ξ ligatum legitur, quod multo magis ξ in tab. III exhibito simile est.

6) τ solutum in neutra tabula inveni.

τ altum: 127 *αὐτὰρ*	5 *σώματος.*
υ: 115 *δήλου*	1 *πολλοῦ.*
ύ: 129 *λύοντο*	2 *φύσϊος.*
φ: 117 *φοίνικϊ*, 134 *φοῖβος*	10 *ἔφην*, 24 *φάος.*
χ: 128 *χρύσεοι*	12 *ἔχω* 1).
ω: 119 *φόωσδε*	2 *ἀπονοστέω.*
ῶ: 118 *λειμῶνι*	19 *γνῶθι.*

Magis iam similitudinem, quae inter utramque exstat manum, probare mihi videntur ligaturae (inter quas nullam novam inveni), quamquam hinc illinc discrepantiae minores inveniuntur. Animadvertere mihi liceat praesertim hasce:

αθ: 125 *ἀθανάτησι*	17 *διαθέ-.*
αμ: 135 *θάμβεον*	12 *δαμάγητε* 2).
αν: 129 *πάντα*	13 *πάνϋ.*
δρ: 143 *δενδρήεντα* 3)	11 *ἄνδρα*, 16 *ἀνδράσι.*
ει: 131 *εἴη*	11 *εἶδον.*
ει: 115 *εἰλείθυια*	16 *πεισθεὶς.*
εν: 141 *παιπαλόεντος*	6 *ἐν.*
εσ: 129 *δεσμά*	15 *ἱππόκρατεσ*, 21 *ἐπήνεσασ.*
εσ: 145 *προρέοντεσ*	18 *σϋγγράφοντεσ.*
ευ: 121 *λευκῶ*	2 *σεῦ.*
ην: 116 *τὴν*	6 *ἀνιστάμην* 4).
θα: 147 *ἔνθά*	1 *θαυμασμοῦ.*
θε: 139 *ἄνθεσιν*	8 *ὅθεν.*
θο: 141 *κύνθου*	7 *προσελθόντι.*
κα: 144 *καὶ*	20 *καὶ.*
καθ: 121 *καθαρῶς*	21 *καθεστήκοι.*
κο: 115 *μογοστόκος* 5)	7 *ἐπακολουθεῖν.*

1) *ψ* in tab. II 145 *ὑψηλῶν* exhibitum, in tab. III deest.

2) Ligaturam *αμ* qualis occurrit in tab. II 124, 127, 131 in tab. III non inveni.

3) Alibi in cod. D linea superior litterae δ minus late in partem sinistram inclinat.

4) Hoc *η*, quod solutum in tab. II non inveni, ita legitur in tab. III 10 1.f. Alibi tamen in cod. D quoque adhibetur.

5) Hanc ligaturam paullo amplius formatam (tab. II 144 *σκοπιαί*) in tab. III non inveni; cf. tamen ibid. 23 *κόσμω*. Haud aliter res se habet, ubi *κ* cum alia vocali coniungitur.

λλ: 142 ἄλλοτε	15 ἑλλέβορον.
λλ: 123 ἀπόλλωνα	10 πολλὴ 1).
με: 141 μέν	5 τημελείης.
μϊ: 124 θέμις	15 ἡμῖν.
περὶ 122	12 περὶ 2).
ρο: 110 πρὸ	11 σωφρονίζειν.
ρω: 144 πρώονες	2 -ρωκας.
σμ: 129 δεσμά	17 κόσμου.
στ: 115 μογοστόκος	18 ἄστρων.
τι: 130 αὐτίκα	7 προσελθόντι.
υν: 117 γοῦνα	13 γηθόσϋνος.
υπ: 118 ὑπένερθεν	25 ὑπ'.
υσ: 123 χρυσάορα	9 τοὐσ.

Ligaturas in tab. III exhibitas ατ: 11 σοφώτατον, εκ: 22 ἐκείνους, εμ: 4 ἐμῆς 24 ἐμὸς, επ: 9 ἐπὶ, ερ: 3 θεραπείην, ετ: 17 κρίνεται 18 ἔτι, ης: 4 τῆς, κατὰ 6, ου: 7 οὐκ, ῦ:12 ταῦτα, φι: 1 σοφίης, quas in tab. II invenire non potui, alibi tamen in cod. D simillimum in modum exaratas esse affirmare non dubito. Sunt autem etiam nonnullae ligaturae in tab. II (sc. αμ 124, θα 145, θρ 132, καὶ 131, λο 140, μετ 130, σπ 121, νι 115, νο 120, χθ 133), necnon littera θ (119 ἔθορε), quas in tab. III (cuius codicis alias imagines non habeo) frustra quaesiverim. Neque tab. III compendia ην et ων exhibere videtur, qualia videmus in tab. II 124 ἐρατεινὴν et 130 ἀπόλλων.

Exempla praecedentia duo codices eadem manu scriptos esse prorsus comprobare non posse atque dubitationi locum restare quamquam mihi quoque concedendum est, verisimillimum tamen duco Georgium Chrysococcem, quem Constantinopoli inter annos 1420 et 1428 plures libros scripsisse scimus 3), Ambrosianum nostrum

---

1) Monendum est ligaturam usitatissimam ex λ unciali et λ „cursivo" constantem (cf. Gr. Pal. II² p. 234/5) in utraque tabula semel tantum occurrere.

2) Ligaturam ερ frequentem, qualis occurrit in tab. II vss. 118, 124, 125, 126, 132, 134, 142, 146, 147 in tab. III non repperi, ubi tamen videas 3 θεραπείην.

3) Cf. librum utilissimum quem ediderunt f. d. M. Vogel et v. cl. V. Gardthausen, qui inscribitur Die griechischen Schreiber des Mittelalters und der Renaissance (Beiheft XXXIII 1909 zum Zentralblatt für Bibliothekswesen) pp. 86/7. Chrysococces semper Constantinopoli degisse videtur.

exaravisse. Res si ita se habet, non solum codicem D in Graecia ortum esse constat idque eo ipso quo sumpsi tempore (supra p. 33 ann. 5), sed etiam librum At ibidem scriptum esse verisimile est. Qua re si non id, quod supra p. 49 ann. 2 iam dixi, codicem sc. Aurispae non fuisse librum Ψ confirmatur, certe demonstratum est non omnia apographa, quae nunc habemus, post annum 1423 in Italia descripta esse. Diserte etiam monendum esse opinor Chrysococcem saepius Philelpho, discipulo suo, libros scripsisse, ita ut fieri possit, ut liber a Philelpho in Italiam latus ipse sit Ambrosianus 120.

INDEX LOCORUM

Aelian. H. A. VIII 1 ..... 93 *3*
Aeschyl. Ag. 221 ..... 60 *1*
Eum. 637, 644 60
Pers. 58 115
frg. 192 ..... 60 *2*
Alcm. 58. 1 66
Anacreontea 15. 25 94
Anth. Pal. VI. 298. 5 ..... 63 *1*
X. 70. 2 101
XII. 200. 3 ..... 89 *3*
Antig. Car. 7, 21 81
Apoll. Rhod. II 393 ..... 73 *1*
Arat. Phaen. 278 ..... 106 *2*
Aristoph. Av. 1338 61
Pac. 380 81
Aristot. H. A. 496 a 16 ..... 86 *5*
Pol. 1266 a 7 ..... 86 *5*
Athen. 22 c 78
Batrachom. 287 ..... 114 *3*
Callim. II 15, 57 ..... 77 *3*
III, 81, 141 ..... 49 *2*
IV 3 61
IV 266 65
V 124 ..... 106 *1*
Cydipp. 20 77
Euripid. Cycl. 320 ..... 79 *1*
Hec. 446 61
Herc. 580 115
Eustath. θ 385 (1602. 15) 78
Herodot. I 136 112
II 158 ..... 88 *2*
III 37 94
IV 181 i. f. 101
Hesiod. Theog. 65 79
95 98
269 106
310 62
Hesiod. Theog. 398 69
445/6 96
585 ..... 110 *2*
696 85
797 ..... 105 *1*
Hesiod. Op. 291 92
365 57
427 84
524 81
786 ..... 96 *1*
Scut. Herc. 111 ..... 88 *1*
116 91
144, 161 . 62
frg. dub. 265 ..... 102 *1*
Hesych. s. v.. φέρειν 89 *2*
Hippocr. Ἐπιδημ. VII 97 (452, 10 L), A 4 (184, 9 K), π. ἀρθρ. ἐμβ. 8 (121, 14 K), π. νούσων I 5 (148, 12 L), π. ἀέρων 10 (50, 18 K) 74 *3*
Homerus *A* 12 108
47 ..... 81 *1*
51 62
115 ..... 61 *3*
155 76
205 77
236 85
360 105
448 78
484—494 78
500 105
B 209 98
451 ..... 77 *1*
573 77
Γ 61 sq. ..... 69 sq.
64 79
76 ..... 93 *2*

Homerus Δ 204 97
334 71
508 ..... 66 3
E 109 97
445 100
448, 512 80
697 ..... 86 2
715 95
Z 39 ..... 63 1
245 ..... 81 4
386 108
H 21 ..... 66 3
54 ..... 93 2
142 63
340 ..... 62 5
358 ..... 99 3
462 98
Θ 336 ..... 110 2
539 111
I 245 ..... 62 5
K 122, 162 ..... 110 2
173 108
215/6 ..... 81 3
332 105
384, 413, 427 ... 99
Λ 11 ..... 77 1
77 98
121 ..... 90 1
337 ..... 66 3
359 ..... 86 2
470 95
559 62
678 96
770 76
807/8 82
M 18 81
40 ..... 82 1
207 63
323 70
375 108
374 87
N 4 ..... 66 3
88 ..... 90 1

Homerus N 521 sqq. 63
523 ..... 65 2
685 57
Ξ 151 ..... 77 1
282, 283 108
436 ..... 86 2
O 501 99
Π 46/7 92
754 62
P 118 ..... 77 1
189 82
198 100
332 115
694 ..... 93 2
Σ 224 ..... 83 5
244 ..... 90 1
395 57
561 ..... 65 4
565 108
570 104
571 79
576 ..... 100 2
600 ..... 91 6
T 10 97
185 ..... 93 2
Y 8, 9, 65, 70 .. 109
201 91
202 90
234/5 109
Φ 59 61
219 72
350 63
364 101
370 75
454 ..... 81 3
460 67
491 ..... 100 2
X 77 93
203 97
475 ..... 86 2
Ψ 47 62
258 69
419 ..... 68 5

Homerus Ψ 501 108
750 ..... 87 2
Ω 88 97
291 ..... 66 3
340 116
418 71
425 63
650 97
α 119 ..... 110 2
337 ..... 102 3
β 69 ..... 69 2
103 87
158/9 ..... 91 2
210 92
231 90
245 ..... 91 3
250 ..... 79 4
δ 151 103
157 75
404 62
411 75
417 98
504 60
788 92
ε 9 90
45 116
71 ..... 81 4
136 111
151 87
174 60
218 ..... 111 3
234 ..... 91 6
279 82
337 ..... 106 2
458 ..... 86 2
ζ 45 114
193 70
η 24 70
30 ..... 107 1
244 61
257 111
268 82
273 ..... 115 2

Homerus η 332 98
342 97
θ 324 ..... 81 3
344 92
429 102
ι 25 61
191 66
260 60
464 ..... 87 1
κ 60 78
355, 389 62
501 ..... 107 1
526 92
λ 16 ..... 66 3, 87 3
34 92
183 76
272 ..... 110 2
304 111
318/9 65
484 111
497 112
μ 45 99
53 92
129 96
163 92
423 63
436 ..... 73 2
ν 83 108
187 78
ξ 11 73
87 101
93 76
135 98
228 ..... 67 3
233 105
293/4 76
300 106
349 112
406 92
433 90
ο 254 77
319 111
366 ..... 112 4

Homerus π 39..... 76
474..... 65
ρ 84..... 71
177..... 101
196..... 63
241..... 87 1
325..... 110 2
386..... 98
418..... 115 1
τ 33/4 ..... 65 2
112..... 65 4
228..... 82
408..... 76
591..... 70
υ 64..... 115
116..... 97
φ 69..... 70
122..... 113
324, 327..... 71
χ 198..... 74
364..... 108 2
395..... 97
ψ 77..... 110 2
336..... 111
371..... 98
ω 8..... 105 1
10..... 115
152..... 100 1
225..... 107 1
349..... 86 2
441..... 77 1

Hymni I 8 ... 66
II 14 ... 60
22 ... 61 3
69 ... 66 3
260 ... 111
305 ... 76
472 ... 65
476 ... 116
III 19 ... 61 2
21 ... 52 7, 60
22/3.. 67

Homeri Hymni III 24 ... 52 7, 60
38 ... 61
53, 54 61 3
54 ... 61
57 ... 72
72 ... 53 3
78 ... 53, 62, 107
96/8.. 63, 107
98 ... 65 2
116 ... 77
134/139 64 sqq., 107
146/150 66 sqq.
151 ... 69
162, 168 70
196 ... 81 4
198 ... 71
204 ... 67 3
207 ... 61 1
211 ... 71
215 ... 115 1
229 239 72 2
239/242 72 2
241 ... 72
247 sqq. 72
255 73, 75
258/260 72
272 ... 73
287/289 72
294 ... 73, 77 3
308 ... 74, 76 1
314, 323 107
325a .. 75 1
326 ... 75, 103 1
341 ... 75
342 ... 88 1
349 ... 75

Homeri Hymni III
355 ... 75 4
363 76, 94
366 ... 72
398 ... 100 1
413 ... 67 3
424 ... 100 1
443 ... 80
447 76, 94
481 ... 60
496 ... 77
507/10 . 78
515 ... 78
516 ... 79
521/2.. 79 2
523 ... 79
529 ... 61
IV 8 ... 112
41/2.. 80 sq.
45 ... 80 sq.
51 .., 81
54 ... 104
70 ... 81
77/8 . 82
82 ... 82
86 ... 83
90,103,
109 ... 84
110 ...
85, 91 6
119 ... 86
132, 141 87
153 ... 79
156 88, 94
156/9. .88 sqq.
159 ... 96
163/5.. 90 sq.
164 ... 94
168 ... 91
183 ... 92
184/5.. 98
202 ... 92
212, 215
93, 94

Homeri Hymni IV
224 ... 93
240/1.. 94
247 ... 80
254, 259 95
271 ... 90 1
280 ... 95
282 ... 88 1
287, 288 96
289 ... 97
293 ... 89 2
295 ... 89 3
303 ... 107 1
312, 322 97
325/6,
339, 352 98
358 ... 81 1
366, 368 99
375 ... 104
397/8.. 99
401, 403,
404 ... 100
411,
418/9.. 101
420 ... 104
421, 423 79
421/3/6,
423/5.. 101
425 ... 104
426 ...
79, 101 2
428/30,
429/32. 101
431, 436 101
438 ... 88 1
451,453 102
455 ... 79
456, 468 102
473, 478 103
481,
501/2,
503 ... 104
515 ... 105
517 ... 76

Homeri Hymni IV 540,
543/4,
553,
562/3.. 106
V 8 ... 107
16 ... 109
18 ... 107
66, 67 108
84, 97
sqq. ... 109
106 ... 111 3
136,
136a,
147 ... 110
175 ... 111
203 ... 109
209 ... 111
214 94, 111
225 ... 112 3
244 ... 111
246, 258 109
265 ... 76
274/7.. 112
285 ... 109
VI 2 ... 114 2
18 ... 111
VII 37, 48 113
VIII 9 ... 113
X 2/5. ... 113 sq.
XV 5/6. ... 114
XVI 5 ... 116
XIX 7 ... 115
48 ... 116
XXI 5 ... 116
XXV 3 ... 98
Ioseph. VIII 5. 2 112
Lucian. Tim. 41 94
Lycophr. 1464/5 56
Opp. Hal. II 315 ..... 89 3
Orph. Hymn. XXXIX 3 60
Pausan. II. 14. 3 116
Pind. Nem. VII 34 ..... 79 3
X 33 101
Pind. Ol. III 32 109
VIII 73 91
IX 34 ..... 68 5
Pyth. IX 72 ..... 113 3
Plato Charm. 171 c 61 3
Phaedr. 251 a 79 1
Polit. 387 c 79 1
Pollux II 113 104
Quint. Smyrn. X 62 ..... 86 1
Schol. *B* 144, *Ξ* 499 ..... 94 4
B 522 72
Ω 81 ..... 54 6
Simonides frg. 52 ..... 111 2
Solon. frg. 13. 22 78
19. 4 ..... 111 2
Soph. Ai. 1231 ..... 67 2
Ant. 170 ..... 67 2
360, 606 ..... 60 1
El. 38, 1318 ..... 67 2
Indag. 115 82
O. C. 97. ..... 106 1
O. R. 918. ..... 67 2
Phil. 1100 ..... 66 2
frg. 618 ..... 60 1
Theocr. V 9 105
VIII 55 ..... 89 3
XXV 13 ..... 96 3
Theogn. 10 61
250 ..... 111 2
480 ..... 79/80
955, 1009 80
Thuc. III. 104 ..... 66, 70
IV. 125. 1 ..... 74 2
VII. 73. 3 ..... 74 2
Tituli: Ex. Epigr. Schwyzer
215. 2 ..... 78 3
710 69
S.G.D.I. 1586 105
Tyrt. 10. 3. 80
Xenoph. Anab. III. 1. 27 .... 88 2
IV. 7. 18 108
VI. 1. 1. .... 83 1
Hell. II. 1. 1. .... 83 1

J. 2399.

THESES

I. Lectiones variae, quibus instructi Hymni Homerici nobis traduntur, formam quoque, qua Ilias et Odyssea ferebantur antequam doctrina Alexandrina textum constituit, minime stabilem fuisse comprobant.

II. Aeschyl. Ag. 129

πάντα δὲ πύργων
κτήνη πρόσθε τὰ δημοπληθῆ
μοῖρα λαπάξει ποὸς τὸ βίαιον

πρόσθε adverbium temporale („quondam") esse duco.

III. Versum Soph. Ai. 966 hunc in modum legendum censeo: εἰ 'μοὶ (ἐμοὶ codd.) πικρὸς τέθνηκεν ἢ κείνοις γλυκύς, αὑτῶι γε (ita Hoffmann, δὲ codd.) τερπνός.

IV. Antiphont. Or. V 87 in. καὶ (ante μή) cum Frankio et Herwerdeno delendum est.

V. Verg. Aen. II 94 verbum *tulisset* transitive obiecto omisso usurpatum est.

VI. Verg. Aen. II 443 vox *gradibus* cum Cerda et Henry ad portam referenda est.

VII. Ovid. Met. II 31 lectio omnibus libris manu scriptis tradita *inde* tuenda est.

VIII. Propert. III. 9. 11 lectionem *summam* iniuria Rothstein in *summum* mutavit.

IX. Propert. III. 22. 3 legendum est

Dindymo et sacro fabricata inventa Cybebe.

X. Ten onrechte meent Fairbanks (Athen. White Lecythoi II p. 18), dat de prothesisvoorstelling op lecythi met witten grond een poging tot iets geheel nieuws is.

XI. De reeds in 1886 door J. H. Middleton (J. H. S. VII p. 163) verdedigde opvatting, dat de naar onderen verjongende Myceensche zuil wijst op het gebruik van palmstammen, wordt door de vondsten op Creta bevestigd.

Tab. II

Cod. Ambros. 120 fo. 180 v. Hom. h. III 115—147

Tab. III

Cod. Par. 3047 fo. 18 v.



Cod. Par. 2783 fo. 31 r. Pind. Pyth. IV 139—148